



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

15.

NICOLAI CHRISTOPHORI
LYNCKERI, JCTI
TRACTATVS JVRIDICVS

DE
RESISTENTIA
QVAE FIT
POTESTATI

RECVSVS



VITEMBERGAE

EX OFFICINA HAKIANA.
MDCCLXVII.

(13)

[Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page]



[Faint handwritten text at the bottom left corner]



Q. D. B. V.

DE

RESISTENTIA,

QUAE FIT

POTESTATI,

§. I.



DE RESISTENTIA, quæ POTESTATI fit, futuris necessum videtur, ut prius de *objectionibus*, quas hic a nonnullis fieri cernimus, pauca quædam moneamus. *Ærodius* quidem *L. 10. rer. judicat. t. 14. f. 965. seqq.* thema nostrum *improbat*, atque de Resistentiâ nunquam differendum esse censet, ideo, quia ibi multa proponi contingat, quæ sanis principiis quam maxime adversa, licet *resellantur*, detrimentum tamen ingens publico sint allatura; quippe quod vulgo mala quantumvis refutata, *barere* soleant præstigiatis & fascinatis mentibus. At vero, si doctrina quævis, & utilis alias & honest. satis, ideo statim foret omittenda, quoniam *constringere* forsitan posset, ut aranea ex rosis venena suggeredamandi omnino essent *Moralium* *Ed.* aliique, summe etiam

etiam probitatis, viri, qui nefanda facinororum flagitia oculis omnium subicere non verentur, eum in finem, ut reliquorum animi, fœditate ejusmodi vitiorum perspecta, tanto facilius ab iis sibi cavere queant. Ipsæ profecto *Sacra Litera* (quas tamen causam vel minimam impietatibus præbere non sine piaculo dixeris) quoties quæso, adulteria, homicidia narrant, aliaque scelera exhibent, dum detestari talia spiritum sanctitatis ostendunt, atque maxima cura abstinere iis homines jubent, ni justissimam supremi Numinis iram experiri velint? Quid quod denique commune illud *Brocardicum* abusum non tollere usum dicat, & nihil detrahi alicujus rei bonitati innuat, quamvis depravatæ mentes pessimo eam fini more suo adhibeant. Ab *Ærodi* dubio liberatos excipiunt *complices* alii, qui, juxta vulgare illud, *periculosum* esse, ajunt, de iis scribere, qui possunt proscribere, & disputare contra eos, qui possunt amputare; atque adeo male cessurum autumant illi, qui de casibus ejusmodi, quibus subjecti non solum obsequium superioribus suis *detrectare*, sed & de facto se se iis *opponere* possent, verba facere auderet. (Quod tamen in talis resistantiæ tractatione subinde eventurum fore, facile licet colligere.) Verum nos ista quidem agnoscimus tanquam consilium, quod *caute & reverenter* in hisce procedendum suadeat, ne nimis proterve contra Potestates aliquid sentiens pericula incurrat. Interim illum securum satis credimus, qui, debito superioribus suis honore servato, secundum *justitia* normam, exemplo maximorum Dd. eas refert species, quibus vim injustum *propellere* inferiori integrum est. Nihil adeo superesse videtur, quod institutum pro modulo ingenii persecuturos prohibeat; præsertim, cum quicquid forte ex ætatis juvenilis imbecillitate perperam dictum

dictum effluerit, quove potestatum sanctimoniam præjudicatum dici queat, perspicacem ac solidam *Censuram*, cui submittere hæc licet, nequiquam effugiturum, certo confidamus. Igitur nunc B. C. D. ad rem.

§. II.

Resistentia Nomen purioris quidem styli scriptoribus ignotum esse, autum, quod de eo apud Lexicographos vulgo est, silentium arguere videtur: interim in scholis toto die id usurpari, neminem latet. *Originem* suam habet a resistere, verbo & Ciceroni, *u. d. 5. fam. ep. 17. ad Attic. L. 7. p. 5.* & aliis Latii oraculis satis frequentem. *Acceptio* illius apud Autores varia est. Ita *Physici* quandoque *Resistentiæ* vocabulo utuntur *positivæ*, cum nimirum passum reagendo agentis virtus debilitatur; & sic calorem frigori resistere dicunt: quandoque *negativæ*, ubi incapacitas subjecti obstat, quo minus quid fiat, quemadmodum lapis resistit, quo minus homo ex eo generetur: interdum *privativæ*, dum solum passione resistitur, ut saxum prædurum frangere nitenti: Apud *Moralium* quoque, Deo, *Resistentiæ* modo pro actu *positivo* sumitur: modo omissionem solum cultus indebiti ac prohibiti denotat; veluti cum voluntas subjecta decreto magistratus injusto non obsequitur: Et hæc alias *resistentiam negativam*, s. abstractivam dici videtur *Dannhauer. in Theolog. Conscient. tom. 2. p. 806.* Prior autem hujus loci est; atque ita nonnunquam *Revitentia*, quandoque *Reluctantia* nominibus, barbaris quidem, apud scholasticos tamen sat crebris, vulgo audit. *Repugnantia* quoque voce, qua Cicero utitur in *Philipp. 2. 16. 8.* de notari ea posse videtur, ac *describi*: *Actus positivus, qui alium directo & immediate impedit in agendo.* *Distinguitur ratione Materiae subjectivæ activæ, in Resistentiam* *bet*
minis

minis & legis v. Barbos. p. 2. axiom. L. 17. c. 44. ax. 4. Surd. dec. 53. n. 28. passive, in eam quæ fit superiori vel potestati, & quæ aequali aut inferiori ratione objectiva, in eam quæ pro defensione corporis vel bonorum suscipitur: ratione forma, in eam quæ autoritate publica fit per defensionem legis, & eam, quæ privata, per defensionem gregis s. gladii. Kremberg. d. N. D. q. 1. num. 4. & 5. Hujus iterum frequens est apud JCros subdistinctio in Resistentiam simplicem, quæ vel verbis fit, injuriosis aut secus; vel facto, absque tamen armorum vel manuum violentia contingit, velut januæ oclusionem. Jos. Bavar. l. 15. art. 15. Chassanæ. in Consuet. Burgund. rubr. 1. §. 2. in pr. n. 14. & verb. de simpl. recouffe. n. 3. & qualificatam, quæ cum violentia quadam externa adhibita, aut intervenu injuriæ realis, committitur. Farin. Crim. L. 1. r. 4. q. 32. n. 28. Papt. dec. 577. n. 1. Nos illam Resistentiæ speciem, quæ potestati fit, exercitio nostro delegisse, Rubrica testatur: de qua ea solum, quæ AVTORITYTE PRIVATA suscipitur, sciendum est, in præsentiarum quidem dictam iri: altero ratiocinandi modo, qui per viam judicalem peragitur, ob prolixitatem suam, inde seclaso. Cæterum Potestatis vocem juxta definitionem tum nominalem tum realem explicare super sedemus, cum res fit, & ex Politicorum traditis & e JCC. Commentariis notissima; id solum momentas, potestatis vocabulum nobis hic concretive sumi, & subjectum jure quodam eminentiori gaudens in inferioram, denotare, eo fere modo, quo in Justin Rom. 13. v. 2. accepit versio vulgata.

§. III.
Atque ita Resistentiam fieri dicimus POTESTATI vel Publicæ, vel Privata. Illa vel summa est, s. Majestas, vel

vel *subalterna*. Qui Majestatem dicit, eam intelligere
 velle potestatem palam est, quæ *supremum* in Rep. impe-
 rium tenet, & originem ab ipso *Deo* habet. At verò *ordo*
natura non patitur, ut inferior dominetur superiori, mi-
 nor majori, *c. cum inferior. d. major. & obed.* cum nec
 par in parem habeat imperium. *l. 4. ff. d. recept. qui arbitr.*
 Hinc ubi semel in manum & arbitrium Principis omnem
 potestatem transfuderit populus, (cui in Imperatore
 Romano factum, §. 6. *J. d. J. N. G. & C. v. Huber. d. jur.*
Civitat. c. 13.) ipse dein nil nisi obsequii gloriam sibi re-
 lictam habebit: *Tacit. 6. annal. 8. 5.* quo pertinet respon-
 sum Valentiniani Imp. ad milites, apud Sozom. *L. 6. hist.*
ecclief. & 6. Niceph. L. 11. c. 1. Privative enim in Regem
 Imperium esse collatum, verius est, Illustr. Dr. PRÆSES,
 Patronatus ac Præceptor devota mente semper mihi colen-
 dus; in *an. ad d. J. J. d. N. & g. non tamulative.* Beckmann.
c. 12. Parallel. Polit. n. 6. Generale igitur pactum societatis
 humanæ est, obedire Regibus suis, *l. 2. dist. 8.* idque tanto
 sanctius servandum, quod summa illa potestate politica
 Monarchas ab ipso *Numine aeterno* munitos esse constat.
Prov. 8. v. 15. 16. Dan. 2. v. 37. Sap. 6. v. 4. 5. Syr. 17. v. 14. l. 1.
pr. C. d. ver. jur. enucl. cujus jussu homines nascuntur, hu-
 jus jussu & Reges constituuntur, inquit Irenæ. *L. 5. c. 24.*
 Inde est, quod eminentes illæ Potestatis audiant sacrosan-
 ctæ, inviolabiles; caractere divinitatis obsignatæ; humani-
 tus indissolubiles: quæ enim Deus sua *razæ* conjunxit,
 homo impune separare nequit. Sane non fert impune
 falsarius monetæ, nec qui hominem occidit, perdit quo sub-
 jectum, in quo imaginis divinæ residua mansere. Quid ergo
 luent illi, qui Principi suo, in quo character majestatis divi-
 næ refulget, proterve resistere non verentur? Daanhauer.

in Theol. Conf. rom. l. p. 864. Et dedisse omnino eos pte-
 rumque penas satis severas, testantur exemplis sumpta apud
 Reipking. *L. 1. R. S. & E. l. l. c. 5. n. 96.* Meminerint igitur
 subditi, obedientiam potestatibus esse prestandam, non
 solum propter iram, i. e. metum irati Regis, sed etiam pro-
 pter conscientiam, *Rom. 13. u. 5.* (quod caput non absque
Christianorum Politicam vocat Phil. Melancthon) *1. Petri*
2. u. 13. add. *Dannhauer, h. d. p. 869.* Atque ideo, si necessitas
 publica, aut equa utilitas excellens, quae apud sapienter
 necessitatis rationem habet, impellat Principem, ut
 bona subditis adimat, non poterunt hi pro defensione sol-
 rum suarum, alio modo resistere. Nam cum Princeps vita
 tam & fortunam pro salute patriae impendit, iuste non gra-
 yabitur subditus, si ad simile quid prestando uti adigi velit
 quippe quod *privatorum* bona omnia quidam tenus respici-
 unt, & utilitati eius inservire debeant ac quieti: quam domo
 procurare vult imperans, medijs quoque, quibus obtemerit il-
 le possit, bona conscientiae & optime juris utitur, in tantum,
 ut nec ad compensationem damni aut solutionem pretii obli-
 gatur, cum subditorum negotia velle bene fecerit. *As-
 sist. dec. 361. n. 4. & 5. Gail. 2. Q. 57. n. 1.* & publicam omni-
 modum, quod ista fieri precipit, communia omnia faciat,
 etiam in viis subditis. *Perez. ad T. C. ne ffr. rem quom-
 vend. evinc. n. 13.* (quaequam si fieri possit estimationis
 refugio, *equitatem* eam suadet, recte doceat *Covarruv. L. 3.*
variar. resolut. c. 14. n. 8. Grev. ad Gail. L. 2. C. 56. confid. 2.)
 Hoc amplius, & si nulla sit necessitas, quae urgeat, Princeps
 a mea maxima, in iuria cum subditis egat, libido ipsius ho-
 rum fortunas auferat, contra jus & fas possessionibus eos
 deturbet: non conveniet ipsis, Principi suo insultare, aut
 pro retinendis, huius quidpiam moliri. *Ziegler. L. 1. d. Jur.*
Maj.

Maj. c. 4. n. 14. sed nihil restabit eis, quam jussus excipere, dictoque audientes esse. Quemadmodum enim sterilitatem, aut nimios imbres, aut cætera naturæ mala: sic luxum & avaritiam dominantium tolerare debemus, Tacit. 4. *histor.* factaque illorum inter casus enumerare fortuitos. Franzk. *ad ff. d. evict. n. 770. seq.* Manebit sane Princeps in direptionibus ejusmodi tutus, & citra legum aut judiciorum metum gaudebit cum maxima impunitate amplissima illa & *insuaita potestate*, quam Samuel ei attribuit 1. c. 8. Enimvero licet cum nonnullis (quibus tamen non audeamus accedere, ob complures rationis) largiri vellemus *d. c. 8. factum tantum nudum*, & tyrannum, describi a propheta, & declarari, non quid *bonus* Rex faceret, sed quid *malus* facere posset: (Omnino enim graphice ibid. descriptum esse *Jus Regium* & oratorio more putandum est:) tamen exinde neutiquam concludi poterit, eum qui talis vere esset, eoque modo imperaret, judicem delictorum subrum & vindicem habiturum esse subditos suos. Quin potius, ut contrarium longe statuamus, jubet *scopus*, quem sibi propheta proposuerat. Scilicet populus Israël averfari cæperat invisibile illud sceptrum, quo hætenus gubernatus erat, & Regem petere vicinarum gentium exemplo in animum induxerat. Samuel, metuens, ne Deus fastidium regiminis sui iuste ulcisceretur, restitit huic petitioni, donec a Deo juberetur is moram gerere. Quod facturus, jussu divino proposuit populo, quæ *potestas Regis*, quem sibi postulabant, esset futura; idque eum in finem egit, ut populum, quæ *parianda* forent, edoctum, a Rege petendo absterreret: quod quidem assequi non poterat, si promouisset eum, quid a Rege non esset *ferendum*. Huber. *L. 1. d. jur. civit. c. 13.* Imo adjicit ipse ex ore domini, *Israelitas*

B

tunc,

tunc, cum omnia illa dura & aspera sub imperio novo paterentur, invocatos esse opem Dei, sed frustra. Non enim Deum eis aures præbiturum. *d. c. 8. Sam. v. 19.* Quid si igitur *precibus* apud Deum nihil impetrare aduersus Regem poterunt, certe multo minus *armis & violentia* contra Christum Jehovæ efficient. Quæ autem ex *Acbabi*, qui ob vineam subdito suo inique ereptam tam graves pænas luit, *1. Reg. c. 21. v. 19.* exemplo, & similibus vulgo hic desumi solet objectio: ea facilem habet responsionem. Quippe *ius illud Regium*, facultas illa & consuetudo *dominationis*, non tollit *impietatem* diritatemque facientium injurias, (& sic quam maxime differt ab æqui pique Regis *officio*, quale Deuteronom. *c. 17. v. 16. seqq.* describit) sed tantum *effectum iuris* habet in subiectos imperio, quos obligat ad patientiæ legem: ut hi ideo se Principum imperio subducere, vel iisdem vireistere nequeant. Huber. *L. 1. de jur. civit. c. 13.* Horn. *L. 2. Pol. Archib. c. 4. §. 13. v. 3.* Atque hoc est, quod Dannhauer ait, summam potestatem in civitate multa posse per *exusiam politicam*, quæ non possit per *exusiam moralem. tom. 1. Consc. Theolog. p. 855.* perinde ut ne privatis quidem quicquid *licet*, statim etiam *bonestum* est. arg. *l. 42. ff. d. R. N.*

§. IV.

Sic igitur, ut puto, pater, longe maximum esse suprema Potestatis jus in *bona privatorum*, circa quæ quicquid gesserit, impune fert. At non eadem quoque facultas in ipsam *civitatem* Principi concessa intelligitur. Equidem ea regna, in quibus is, qui summam rerum tenet, sibi ipsi velot *cives facit*, dum *justo bello imperium* quæsit, aut in ejus *ditionem* populus aliquis, majoris mali vitandi causa, ita se dedit, ut nihil *exciperetur*, Grot. *L. 1. c. 3. §. 11. ea,*
in-

inquam, regna in pleno jure proprietatis sunt, & patrimonio imperantis, atque ideo nūl quicquam eum ab alienatione prohibere potest; Ziegler, *d. J. M. L. 1. c. 4. n. 25.* nisi ipse *limitatam* illico ab initio habere voluerit potestatem. Id. *l. c.* Ubi vero voluntate populi regnum delatum est, tunc & illi, qui eliguntur, & ii qui legitimo ordine succedentes ad solium evolvantur, nequaquam gaudent jure, regnum vel partem ejus, propria auctoritate alienandi. Barclaj, *L. 4. contr. monarchom. c. 16.* Horn. *Pol. Arch. L. 2. c. 2. §. 10. v. 33.* & §. 11. v. 21. (non enim præsumendum, eam populi fuisse voluntatem, ut alienatio imperii sui Regi permitteretur. Grot. *cir. c. 3. §. 12.* Vasqu. *illust. contr. L. 1. c. 1. num. 10. seq. c. 5. n. 3. seq.* Chopp. *de Doman. Franc. L. 2. c. 1. num. 1. seqq.* quin potius ex hoc, quod regimen ei *ultra* dederit, apparet, voluisse ipsum ab illo potius gubernari, non a quovis alio. Poffend. *L. 8. I. N. & G. c. 5. §. 10.* ne dicam, eos qui suffragiis eligunt, hoc sibi reservasse, ut eligant, electus postmodum summam habeat potestatem, non vero alienandi jus) ac si tale quid actum fuerit, hoc nullam esse censetur: hinc non tantum a *successore* revocari alienationes ejusmodi quavis oportunitate poterunt, Hippol. à Colibus *de Princ. c. 33.* Clapmar *d. arcan. c. 12. 13.* Valle *conf. l. n. 97. & conf. 2. n. 95. vol. 1.* sed & ab ipso Principe, non obstante juramento de non revocando, *e. intellectu. d. jur. rejur. c. Abbatis sane de re judic. in §. 1.* Quodsi Rex reipso etiam tradere regnum, & sic efficere molietur, ut obtineret alter, quicquid hac cessione juris, per alienationem facta, se consecuturum speravit, *resisti* illi in hoc posse; vult Grot. *L. 2. c. 4. §. 10.* Hotoman. *in quest. amicab.* Unde Proceres Hungariae Vladislao Regi, regnum *inter filiam in dorem constituant*, recte obstitērunt, *electionis jure* re-

gnum hoc obtineri contendentes. Illud in hoc articulo adhuc est addendum, quod ea, quæ de alienatione dicta sunt hæctenus, etiam ad *appignorationem* extendat Grot. & præterea quoque Regi facultatem denegat, Regnum suum tanquam *feudum* ab altero recognoscendi, sub onere commissi ex feloniam, aut ut deficiente familia ad seniore[m] illud devolvatur. *L. 2. c. 6. §. 9. & Puffend. d. I. N. & G. L. 8. c. 5. §. 10.* Num autem is, qui plura regna habet, invitis subditis ea *conjungere* queat, olim in Anglia & Scotia sub Jacobo, Magnæ Britanniæ Rege, disceptatum fuit. v. Thuan. *ad An. MDCIV. L. 131.*

§. V.

Cum etiam ad conservationem civitatum necessarium fuerit, ut imperium summum aliquam in *vitam* civium haberet potestatem; idque duplici fine, tum *avertendo* aliquo a civitate malo, tum *compescendis* peccatis. Ideo summo imperanti id potestatis competit, ut ad asserenda civitatis jura, istiusque defensionem, vitam civium periculo exponat. Hinc *operas militares*, quas Princeps exigit, nequaquam detrectare, (modo bellum non sit notorie injustum. Grot. *L. 2. c. 26. §. 3.* ubi de justitia belli dubia §. 4.) aut ad eas obeundas se vel alios inutiles reddere potest civis: *l. 4. §. 12. ff. de re milit.* Valer. Max. *L. 6. c. 3.* & Imperatori, *stationem* talem, in qua probabiliter prævidet, vitam sibi esse amittendam, assignanti, morem genere ac strenue illam tueri debet; de quo alibi. Hinc ubi ad firmanda pacta publica *obsides* dandi sunt ex civium numero, tergiversandi locus non est, sed ad onus hoc suscipiendum pro imperio civis adigi potest. Puffend. *L. 8. I. N. c. 2. §. 6.* Fluunt quoque ex eodem jure, quæ de *deditione* civis innocentis habentur, sp. Eund. *l. c. Grot. L. 2. c. 25. §. 3.*
Horn.

Horn. *Polit. archib. L. c. 2. §. 19.* Quæ autem ex causa delicti in corpus ac vitam civium summo Imperio competit potestas, ea non minus sua sanctitate gaudet. Debet nimirum delinquens *panam* reipubl. Illustr. Dn. Præses in *Comment. ad ff. d. I. & I. §. 27.* atque ideo, si ea jus suum exactura reum debito modo plectere velit, nequit is resistere imperio, in quod jus puniendi ipse *conzulerat*, & cujus gladium legitimum facinorum vindicem fore, dudum agnoverat. Puffend. *L. 2. elem. jurispr. univ. obs. 5. §. 17.* Atque hoc jus vitæ & necis tantum esse volunt, ut cum Rex ordine legitimo ad disceptationem juris factiq; civem vocat *innocentem*, ac damnat, vis & arma opponi nequeant; licet de istius innocentia constet, ac propositum iniquum imperantis haud obscurum sit. Huber. *d. jur. civit. L. 1. c. 42.* Et parum abesse dicunt, quin *primitivo fadere civitatis* constitutum videatur, ne ullatenus vis opponatur ordini judiciali; quia præviderint populi, hoc concessio, nunquam prætextus turbandi judicia defuturos. Quodsi vero sine medio, ad *libidinem* vel fortuitam imperantium *iram*, *inauditus* trucidari velint, nulla ratione *consensu* civitatis potest dici introductum, ut is opprimi se & occidi patiat. Neque ullam adeo validam *obligationem* esse, quæ quæquam ad mortis sine ulla ratione patientiam adstringat, ipse quoque fatetur Hobbesius. Hinc David, quem *boni suditi* exemplum vocat Horn. *L. 2. Polit. Archib. c. 12. §. 10. v. 33. privatus* adhuc (nam unctio, in *anteceffum* a Samuele facta, non exemerat eum, vivo Saule, numero subditorum) armatos primum quadringentos assumere, deinde plures aliquanto circum se habere non dubitavit; quo nisi ad vim *arcendam*, si inferretur? Grot. *L. 1. c. 4. §. 7.* licet Saul jus *absoluti* Imperii in suos, ut omnes Orientis Regis, obtineret.

Simile quoque factum est *Maccabaorum*, Antiocho ser-
 vientium, successori Macedonum, quorum imperia jam
 pridem agnoverant Hebræi, ut Grot. ostendit *l. c.* Unde
 cur *Christianis* adversus immanem furorem deneganda
 sit defensio, non patet. Quod enim Grot. *d. c. 4. §. 7.*
 tutelam vitæ suæ singulis civibus concedit, ex jure *naturæ*
 & *divino veteris testamenti*, non perinde *evangelico*:
 in eo errorem illum, sibi perpetuum aliisque dudum con-
 futatum, sequitur. Atque ideo, cum verum sit, in *novo*
fædere non *severiore* esse morum disciplinam, ac in *ve-*
teri fuerat, introductam, differentia talis admitti non po-
 terit. Exemplum quoque legionis *Tebana*, quæ injuriam
 & mortem pati malebat, quam sanguinem fundere, ap.
 Grot. *l. c.* laude sua dignissimum quidem existimamus; ac
 alios *veteres Christianos*, heroico certamine ad martyrii
 gloriam festinantes, non immerito summiopere admira-
 mur: ideo vero omnes indiscrete damnare, qui extremo
 necessitatis *præsidio* renunciare noluerunt, prædorum vi-
 detur. Horn. *in Pop. archib.* *L. 2. c. 12. §. 12.* (utur autem
 concedatur *civi* defensio salutis suæ contra atrocissimas
 superioris injurias, *cæteris* tamen subditis ideo obsequium
 exuere, aut innocentem vi defendere non licebit. *Pos.*
L. 2. elem. jur. univ. obs. 5. §. 22.) Illa interim cautio
 tenenda est, ut etiam in tali periculo *personæ* ejus, qui
 summam potestatem habet, parcat: cœu David fecit,
 qui cum oram regis chlamydis præcidit, *1. Sam. c. 24.*
v. 7. toto cohorrui pectore (non ex *sublimiore proposito*,
 sed ex *officii necessitate*: dum enim ipse *neminem* inno-
 centem fore dicit, qui extendat manum suam in Chri-
 stum Domini; qui poterit hoc, quod *omnes* homines ex
 mandato divino facere oportebat, nisi penam, a sergo
 comi-

comitem habere velint, ad *perfectionem Davidis* trahi?) ac id doluit maxime, quod unctio regia nulli religioni fuisset hostibus. 2. *Sam. 1. v. 21.* Quin imo si forte casus eveniat, ut *ipse* Princeps quempiam animo trucidandi aggrediatur, nec alius detur evadendi locus, nisi per *necem aggressoris, moriendum* potius est; quam occidendum. Seneca *L. 2. de ira.* Pufend. *L. 2. §. N. c. 8. §. 5.* (Igitur pro *pudicitia* solum tutela tantominus licita erit Principis cædes.) Cum enim in Principis incolumitate totius regni salus ac status publici tranquillitas vertatur, atque e contrario exitium illius maxima confusio & infinita privatorum hominum insequatur licentia; prout historiae, (etiam de monte *tyrannorum* v. Cardan. *in orat. pro Nerone*: & hinc anicula ap. Valer. Max. *L. 6. c. 2.* non inepte pro incolumitate Dionysii tyranni oravit) passim testantur: ideo *caritatis* lex imperat, ut meo *unius* bono *multorum* admodum bonum præferam, Grot. *L. 2. c. 1. §. 9.* & in *Comment. ad Evangel. Matth. 5. p. 121.* B. D. Præschius, optimus quondam Mæcenas; nunc non satis laudendus, *de Caritat. patr. p. 53.* ne unius *privati* hominis vita cum salute *reipubl.* & securitate commutetur. Barclaj. *L. 6. contr. monarchom, c. 22.* Diss. post Thomam Aquinantem 2. *sent. dist. 46. q. 2. art. 2.* & *opusculo 20. de regimine Princ. c. 6.* & Dominicum a Soto *L. 5. d. 7. §. 7. q. 1. art. 3.* Vasqu. *L. 1. ill. controuv. c. 8. n. 35.* Clarus §. *bo-micidium. n. 30.* Et videtur pro ipsis facere. Clem. *Pastoralis. §. caterum de sent. & re jud.* per quem tx. post Riminaldum Juniorem in *l. 3. n. 66. d. 7. §. 7.* Alexand. Carrer. in *prax. crim. §. circa. n. 27.* affirmativam etiam tenet. Obrecht. *d. necess. defens. c. 6. num. 6.* At ubi quis Principem, mortem *certain* intentantem, *simili* vi repellit,

lit, peccato quidem non vacat (quanto majoris ergo *culpa* reus erit is, qui leviori ex causa domino suo manus impias infert? ut in caede *C. Julii Caesaris* contigit, v. *Diss. pecul. B. D. Praefchii*, item, in horrendo illo *Anglicano* paricidio, de quo v. *Defens. regiam pro Carolo I. ad Carolum II. scriptum. Ebudis* sane, *Jud. 3. & Jebu, 2. Reg. 9. & 10.* facta prorsus sunt *extraordinaria*, utpote ab heroibus profecta, quos *Deus* ipse *excitavit*, & bellum Domini gerere iusserat. *Dannhauer. tom. 1. Theol. Conf. p. 471.*) attamen actus is in *crimen laesa majestatis* defensori verti nequit, sed dicetur *excusabiliter* fecisse, h. e. gradu delicti minori, quippe extremis vitae angustiis sine causa circumscriptus. *Becmann. in doctr. mor. c. 9. §. 11.*

§. VI.

Tutelam vitae, quae *singulis* adversus immanem tyrannorum saevitiam est concessa, tanto magis *populo*, & *insigni* ejus *partei*, secundum *Barclaj. L. 3. adv. monarchom. c. 8. L. 6. c. 23. & 24.* vel etiam *minori*, competere existimandum est. *Grot. d. J. B. L. 1. c. 4. §. 7.* quippe quo *pluris* est id, quod conservatur, eo *major* erit *aequitas*, quae adversus legis, obsequium subdito injungentis, verba exceptionem porrigit. Plane si tantae sint Principis furiae, ut vere *hostili* animo in populi totius *exitium* teratur, defensionem universis dari, facile patet. *Horn. Fel. Arch. L. 2. c. 12. §. 11. Dannhauer. tom. 1. Theol. Conf. p. 471.* Quanquam vix dari posse putet *Grot. L. 1. c. 4. §. 11.* casum ejusmodi in Rege *mentis compote*, qui *uni* populo praesit; quem si *hostium* loco tractet, non habebit deinceps, cui imperare queat. v. interim *Pufend. de quodam Rege Pegu*, quem libido ceperat, cives suos fame perdendi. *L. 7. J. N. & G. c. 8. §. 4.* add. quoque, quae de voto *Cahgulæ* apud

apud Suetonium *in vita Calig. c. 30. 31. & 49.* & de Vitellio, odorem nullum suaviolem judicante, quam occisi civis, ap. Eund. *in vit. Vitell. extant.* Quodsi vero *plurimum* populorum Rex sit, accidere potest, ut in gratiam unius alterum-velit perditum; forte ut *colonias* ibi faciat, aut alias conditiones *lauciores* alteri, excidio unius, conciliet, Grot. *l. c.* prout Philippo II. atroci murmure quondam illud imputaverunt Belgæ. Quin imo, quoniam consistere simul nequeunt voluntas *imperandi*, & voluntas *perdendi*, Puf. *L. 7. c. 8. §. 4.* ideo, qui se hostem totius populi profitetur, is eo ipso sibi *abdicat* regnum Grot. *L. 1. c. 4. §. 11.* Et hinc, si mediis omnibus tentatis nulla spes superfit emendationis, & remp. subversam iri sit indubitatum, *depositionem* tyranni admittunt Bœcler. *ad L. 1. Grot. c. 4.* Huber. *d. jur. civit. L. 1. c. 32. n. 10.* add. Rume- lib. *ad A. B. disp. 2. sb. 9.* Cumque par sit *salutis* atque *libertatis* ratio, Curt. *L. 4. c. 14. n. 9.* idcirco idem tunc quoque juris esse statuit Boxhornius, quando *libertas* in *extremo* discrimine versatur, multis jam modis fracta & accisa. Neque tantisper patientiam impendendam censet, donec ventum ad extrema *servitutis*. *L. 2. Inst. Polit. c. 4. §. 48. seqq.*

§. VII.

Quatenus circa *profana libera* versari queat Princeps, hætenus vidimus; nunc quid in *sacris* ipsi juris sit, paucis quoque perlustrandum restat. Et quidem, si imperans *ipse* a vera fide desciscat, & hæreticos sequatur, falsum, imo impium est, asserere cum nonnullis, quod tunc casu potestas omnis & dominium *impediatur*, & subditi ab homagio ipso jure *soluti* sint. Ziegl. *d. jur. nat. Et c. 14. §. 11. v. cit. in Limn. addit. ad c. 11. n. 35.* Eoimvero

C

Prin-

Principem *infidelem* ac hæreticum imperio in *orbodoxos* haud indignum esse, ex perpetuæ in *sacra pagina* experientię observatione elucescit. Arnisæ. *de Autor. Princ. semp. inviol. c. 1. §. 7. seq. c. 2. §. 4. seqq.* Becmann. *in meditat. polit. c. 12. §. 9.* Christianos quoque *veteres* certum est, non tantum pro paganis Imperatoribus *orasse*, *Defens. reg. c. 3. p. m. 86.* Sed & Julianum & Arrianos Principes, quos bene poterant *deicere, tolerasse*, vid. Gerhard. *de magistr. polit. memores*, Deum terrenum regnum & piis dare & impiis, sicut ei placet, cui nihil *injusti* placet. August. *L. 5. de Civit. Dei.* Neque argumenta, quæ pro sua sententia ex utroque *jure* afferunt adversarii, quicquam evincunt, quippe quæ a *privatis* functionibus petita ad *summum* Majestatis culmen perperam extenduntur. Præterea, si ulterius progrediatur Imperans, & *ceremonias indifferentes*, nec Ecclesiæ Dei adeo necessarias abrogare velit, ibi subditis nullatenus *permissum* est resistere; quin præstat, patienter hoc fere, quam *sacrum* Dei ordinem & communem patriæ tranquillitatem in periculum deducere. Sic quoque, ne paci publicæ vis fiat, laqueum potius *injustum natari*, aut rem in se quidem *indifferentem*, sed cum periculo *contagii idololatriæ & syncretismi* impii, imo cum *scandali acceptibilitate*, sed corrigibili, conjunctam, in summo & indeclinabili *necessitatis* articulo tolerandam docet Dannhauer. *tom. 1. Theol. Conf. p. 285.* Plane si adeo Princeps a *tramite recto* deflestat, ut subditos suos a *vera religione* depellere, & ad idololatriam *vi cogere* conetur, privati nullo modo resistere possunt. Alberic. *Gentil. d. jur. bell. c. 10.* Springer. *de pace relig. c. ult.* Jun. Brut. *in vindic. contr. tyrann. quest. 3.* Bidembach. *conf. Theolog. Dec. 2. conf. 5.* (ex eo autem

autem non sequitur, ergo semper ei & in omnibus obtemperandum. Ziegl. in not. ad §. 4. Inst. Lancell. d. exec. rei jud. Quin imo aliud est, non obedire, aliud violenter reluctari. Brentius ad 1. Sam. 8. p. 282. Ad aram usque sit subditorum obedientia, non ultra. Act. 4. 14. 5. conf. elegans Augustini locus, serm. 6. de verb. Dom. ex quo constabit, rebelles esse, qui impio Principis mandato obediunt, non qui id detrectant. Cal. L. 4. c. 10. §. ult.) Ad preces modestas pro avertendo impio ejusmodi imperio confugiant, exemplo Synodi Ariminensis, apud Sozomen. L. 4. c. 17. in f. Theodor. L. 2. c. 19. in f. & c. 20. Licuit asinæ Bileami, quæ populi typus, domino suo dicere quid feci? offenderis, si tuo meoque domino de via decedo, & morem potius gero quam tibi? Num. 22. v. 28. Non autem violenter aliquid contra Bileamum tentare. Quod si precibus nil valeat civis, eligat potius jussu Christi Matth. 10. v. 23. spontaneum exitium, quam in unctum Domini furiose insurgat. Barclaj. L. 4. contr. monarchom. c. 6. & 7. Athanæs. in Apolog. Unicum hic solatium esto in providentia Dei, qui cor Regis in manu habet; et levamen mali absentia a malo censenda. Senec. ep. 57. Lips. de constant. 1. Ehrenberg. de subsid. c. 11. Et quid? In patria degit, quisquis cum Diis suis exulat! Atque his rationibus motus, pastorem suum, ob religionem in vincula conjectum, propria autoritate liberare non posse cives, respondit Dannhauer. tom. 2. Theol. Consc. dial. 3. quæst. 19. Cæterum quod supra dictum est, Regi perver- sam fidem obtrudenti non posse subditos autoritate privata resistere, illud suas patitur restrictiones. Nam ubi Princeps totas urbes excindere, integras provincias evacuare nititur sub religionis prætextu, nec hujus amplius

persecutor, sed *populi* potius hostis communis habetur, defensio jure optimo permessa videtur. Keckermann. *in Polit. L. 1. c. ult.* Robert Abb. Oxoniens. *in demonstr. an- tichr. c. 7. sect. 6.* Idem respondent, ubi Rex non *absolutam* omnino habet potestatem: Zach. *Friedenreich. pol. c. 26. fol. 144.* & hac ratione bella, quæ pro religione gesserunt *Gallia & Belgii* ordines, etiam a Theologis approbata fuerunt. Thuan. *L. 51.* Pari modo justitiam belli *Smalcaldici* asseruere iidem. Osiand. *Hist. Ecclesiast. cent. 16. part. 1. Libertas enim Sacrorum*, quæ penes Status Imperii non solum post *Transactionem* Passaviensem residet, verum etiam antea, & imo *Jus Sacrorum*, (ut quidem docent communiter,) ad eos pertinebat, Tabor *de Regim. imper. ecclesiast. sect. 1. n. 24.* Conscientiæ, ut & religionis veræ ac sinceræ curam procul dubio complectitur. Atque ideo, si Principum munus est, ut Ecclesiam Dei ab erroribus *repurgent*: multo magis ut *injustam vim*, a quocunque intentatam, *reprimant*, ratio jubet. v. Sleid. *L. 9. Otto in jure publ. c. 11. Coler. de jure Imp. Germ. concl. 72. seqq.* Et sic *Lutberus* quoque, fundamentis status publici non satis cognitis, probare quidem initio noluerat, defensionem religionis, etiam per arma, Statibus Imperii competere: at postquam a JCtis de Libertate eorum melius edoceri cæpisset: v. Hortleder. *vol. 2. d. C. B. G. L. 2. c. 5.* tunc vero longe aliter controversiam hanc cum Collegis definivit. Sleid. *L. 8.*

§. VIII.

Cum igitur constet ex hætenus adductis, *vim* subditorum adversus Principem semper esse *injustam*, nisi paucissimos tantum casus excipias. Hinc facile judicare est de detestanda illorum doctrina, qui, ut *populo* placeant, plantis ejus, subverso naturæ ordine, Principum ac Regnum

sceptra

ſceptra ſubjiciunt. Sic *Phariſaſ* quondam Regibus manifeſte ſeſe opponere non veritos, narrat Joſeph. *L. 17. antiq. c. 3.* Et ante triſta circiter ſecula inter *Chriſtianos*, (nimium quantum degenerantes ab illis, quos Tertullianus ad *Scapulam* deſcribit) exiſtere *nonnulli*, qui non *licitum* modo, ſed & *meritorium* eſſe ſubditis affirmarent, *interſcere* Principem, ipſos intolerabiliter opprimentem; quam aſſertionem in Synodo Conſtantiendiſi tanquam hæreticam, ſcandalofam, dolofam ac proditoriam, damnatam refert Felin. in *c. cum nobis. col. 3. d. præſcript.* Brixiendiſi in *reper. verb. tyrannus.* Vaſq. *L. 1. ill. contr. c. 8. n. 33.* Aperiretur enim via ad *homicidia* Regum aut Principum quorumcunque, ad *violationem* fidei & juramenti, ſi liceret impune in eos fraudes moliri. Gerſon. in *cenſ. error. aſſerſor. per Job. Parv. circa præcept. Non occides.* Daretur & occaſio ſubditis, *rebellandi* ac contemnendi Principes ſuos: nemo enim ambitioſus aut a Principe caſtigatus non ſingeret in eum ingentia crimina, ut eum populo exoſum redderet. Sicque nulla foret imperandi ſecuritas. Puſſend. *L. 2. jurispr. univ. elem. obſ. 5. §. 22.* ubi ſimile fore iudicium habet de illorum ſententia, qui Regem, ubi in tyrannum *degeneraverit* (de tyranno enim, quem *titularum* vocant, aliud dicendum. v. Grot. *L. 1. I. B. c. num. 4. 15. ſeqq.* Vaſqu. *ill. contr. L. 1. contr. 8. n. 33.* alioſque quam plurimos) a populo imperio exui & puniri poſſe vulgo ganiunt. Poſt eos Monarchomachos, quos modo recensuimus, ex recentiorum quoque numero fuere non pauci, v. relatos ab Arnifæ. *Tr. de auctoris. Princip. ſemp. inviolab. c. 1. n. 1.* qui partium ſtudio tracti, plerumque ſub nefando velamento fucatæ *libertatis*, (conſueti ſeditioſorum prætextus, Tacit. *hiſtor. 4. 1. 7.*) aut impii cujuſdam *Zeli*,

sacra Principum capita subditorum sicis, venenis aliisque a se suggestis machinationibus, prostituunt. Nordermann. *d. jure Princip. concl. 38. & 63.* cujusmodi attentatorum partim ex instinctu sanguinarii istius dogmatis, partim *confessorum* parricidiorum memoria recenti etiamnum boni omnes perhorrescunt: vid. vel de sola cæde Henrici III. & Henrici IV. Galliæ Regum, quæ habet Nordermann. *cit. concl. 63.* & Besold. *in Colleg. Polit. class. 1. ad calcem disp. 7.* Non multum dispar huic sectæ erat, quæ seculo præcedenti & cæpit, & dignum mox reperit exitum, Antarchia illa *Anabaptistica*, lymphatica, belli rustici inflammatrix; cujus specimen horrendum dedit *Monasteriensis* Tragædia, a Sleidano descripta. *conf. Luther. tom. 2. Wittenberg. p. 499.* Meliori autem cæteris fundamento nixos sese credunt quam plurimi *Romanistarum* qui *Papam* adversus Reges armant potestate, subditis non solum *jus resistentiæ concedendi*, verum etiam eos a *jurisjurandi* vinculo debitæ observantiæ liberandi. Nimirum a principio quidem non ita fuisse, tum *vetus ac novum testamentum*, in quo hoc præcipue exemplum *Petri*, cujus esse successorem jactat Pontifex, tum *Ecclesiæ vero Christianæ* historia testatur: ex quo autem Deus in terris *Vicarium* habere cæpit, disciplina vetus mutata, & creditum est, judicari posse Reges etiam ad eo, cui Deus, qui olim *solus* judex Majestatum erat, *vicar* suas demandasset. *Defens. reg. p. m. 129.* Et hinc scribere non veritus est Bécanus *in Controv. angl. p. 146.* idem juris Pontifici in Reges esse, quod opilioni in canes. At vero, certum est, Regum coronas *presbyterio* nequaquam hoc pacto subjici, sed soli Deo *quiescere*. Warem. ab Ehrenberg. *de regn. subsid. c. 3.* Constat itidem, Ecclesiæ officium esse, ut docet, moneat, arguat, increpet, & interdum, cauterio ad.

adhibito, separer. Ideo & ob crimina *reprehendi* posse Principem concedimus; modo ne publice id fiat. Becman. in *Parall. Polit. c. 12. §. 7.* & *saera communiōe arceri*; quam & hic urgenti cedendum sit, cum cautione aliqua, quam explicat Id. l. c. & *anathematis* sententia feriri (licet ea non facile videatur admittenda, ne sc. *autoritas* Principis, quæ anima imperii dicitur, violetur. Becmann. l. c.) *Civilem* autem pœnam non novis Presbyterium, quippe *conscientias* solum concernens, ceu *spirituale* Christi tribunal. Ne dicam, falsum esse, quod de Pontifice jactatur, posse ipsum nexum juramenti fidelitatis rescindere: cum nulli potestati humanæ competat jus vinculum *validum* relaxandi. Illustr. Dn. Præses in *av. ad Dessel. de jurejur. quæst. 4.* Nordermann. *de jure Princip. concl. 7.* Quodsi ærgo nulla est facultas Papæ, quam præterdit, in Principe *sceleribus* contaminato, quanto minus ea locum habebit in illo, qui *imperitia* solam regnandi & *ignavia* laborat? (quæ quidem Stapletoni, Suarezii, & aliorum erat sententia) vid. in universum de jure Pontificis in Reges, post Barclaj *contra Bellarminum*, Arnisæ *Tr. de exempt. cleric. c. 5.* Dannhauer. in *Hodomor. Spirit. Pap. phantasm. 2.*

§. IX.

Eorum numero, qui de summo in civitate imperio minus sancte sentiunt, merito addimus denique illos, qui, modestiores reliquis, nec privatis licentiam contra Principem insurgendi, nec Papæ jus quoddam in Potestates civiles concedunt; *Magistratibus* tamen arma adversus Majestatem induunt. Equidem in illis casibus, quibus Principi resistere permissum dicitur, rectius & totius *inivium* a summis magistratibus fieri asserunt: eo quod *sanus* eorum hac de causa sit judicium, & quod minori

con-

confusione res geri possit ab illis. Huber. d. jur. civitat. L. 1. c. 42. Exinde vero concludi minime poterit, illos plus habere juris adversus summam potestatem, quam infimos cives. Præterea, licet in partem curarum assumti dicantur magistratus, tamen ideo non desinunt esse subditi; Horn. Polit. Archib. L. 2. c. 7. §. 2. v. 9. sed ratione inferiorum erunt superiores & personæ publicæ; ratione majestatis mere privati sunt. Grot. L. 1. d. J. B. c. 4. §. 6. perinde ut in logicis genera subalterna duplicem inferunt habitudinem, alterum quidem generis, qua ad subjectas species referuntur; alteram speciei, qua se habent erga supra posita genera, & qua eorum subjicibiles species dicuntur. Talibus vero Magistratibus nequaquam accensendi sunt Status Imperii Romano-Germanici. Nam hi non jure Senatorio, sed Territoriali, & Potestate, quæ summæ est analoga, (vid. Illustr. Dn. Præses in Tab. de Communicat. jur. maj.) gaudent, atque in universitate Imperii tali libertate fruuntur, quæ jus & potestatem contineat, ut jure Imperatorem admonere, & sine rebellionis nota contradicere possint, Leges fundamentales transgredienti; (sicut & alii dissensu suo decreta Cæsaris impediunt. Grundriss des Heil. Röm. Reichs. part. 2. c. 9. circ. fin.) cogenti vero etiam resistere, armis defensione oppositis, & postmodum jure victoria commotam vim coercere queant. ut vult Schilter. de Libera. Eccles. Germ. L. 3. c. 8. §. 24. seqq. Huber. L. 1. d. jur. civit. c. 42. §. 2. seqq. Neque contrariatur hæc contradicendi ac resistendi facultas plenitudini majestatis Imperatoris, cum Schilter. ostendit, §. 25. & Grot. L. 1. c. 4. §. 24. etiam largitur de pacto, quo in delatione Imperii cavet populus, ut certo eventu Regi resistere liceat: (cujusmodi pacti exemplum; præter ea,

quæ

que: Grot. in *Annot. ad l. c. allegat*, vid. ap. Schiker. *l. c. §. 31* *Effectum* illius naturalem, quem aduersus Regem habere potest, contra Hobbesium demonstratum lege ap. Haber.) Porro longe minus ea, que de magistratibus diximus, applicari poterunt Regno, ubi Rex non habet *integram* maiestatem, verum ad quasdam partes Imperii *Proceres* admittit. Barclaj. *L. 4. ad Monarchom. c. 16*. Hic enim cum verum sit, Regem, quatenus ei *delatum* non est, nec habere imperium, sed hactenus esse *privatum*: sequitur, imperatis eius, que non dubie excedunt potestatem *concessam*, posse resisti. Grot. *L. 1. c. 4. §. 13*. Haber. *L. 1. d. jur. civit. c. 18. §. 50*. qui hanc rem plane extra controversiam putat, si Regis electioni *lex commissoria* sit addita; qualem Stephano Batori, Poloniæ Regi, propositam memorat Chytræ. *L. 23. Saxon. in Capitulatione* vero Imperatoris Romani, ne tacite quidem, inesse, contra Limn. *V. 10. Proleg. ad Capitul.* statuit Illustr. Dn. Præses in *An. ad Schweder. part. gen. c. 2. §. 20*.

§. X.

Tractioni, hactenus de *Majestate* habita, adjiciamus pauca quoque de *Pontifice Romano*: cujus quidem *potestatem* tantam faciunt Eius effectus, ut Sapientiasque vere *regale* & *principale fastigium* pacta, inro scepra omnia ac diademata sub titulo *serui servorum supergressa* credatur, non tantum *dignitate*; quo pacto Pontificem Solis locum habere ajunt *c. 6. x. d. majoris. Et obed.* (sanctiorem comparationis hujus explicationem v. ap. Strauch. in *ambas. Jur. Canonolog. 9. c. 12.*) verum etiam *prominentia* potestatis, tum spiritualis, tum temporalis; saltem *indirecta*, quatenus spiritualem dirigere valeat, in utilitatem Ecclesiæ. Illustr. Dn. Præses in *An. ad Rubr. d.*

D

major.

major. obed. Et sic, cum supra Imperatores & Reges venerere cœperint Papam, merito idem quoque *ius*, quod Principum Regumque proprium est, simul ei competere, fide non dubia tenent. Hinc Papæ *obsequium* servile in omnibus præstari volunt; v. tamen Host. *in c. proposuit d. concess. præb.* Jo. An. *in c. ad honor. d. auctorit. & us. pall.* Hinc neminem superiorem in orbe haberi consent, qui dicere ei queat, cur ita facis? Panormit. *in c. ad audiendam. num. 1. d. præscrips. & num. 22. d. translat. episcop.* Quare nec recurrere licet a Pontifice ad concilium, citra excommunicationis censuram. *c. 4. d. elect. & elect. pos. Plettenberg. in introduct. ad jus Can. c. 15. §. 12.* quin imo nequidem ad Christum appellari potest. *c. 6. dist. 4. c. 14. caus. 9. q. 3.* Et generaliter, cum neque in jure neque in facto Papa errare posse credatur, Gravina. *controv. 5. art. 5. dub. 1.* atque sic nullus detur casus, quo *de facto* quid & injusta ab illo commissum dici queat, ideo & nunquam *resistentia* locus esse videtur. Interim notabile est, quod dicit Franciscus a Victoria, *relect. 4. propos. 23.* propter injustas dispensationes vel alia mandata *insolentia*, quæ in *perniciem* Ecclesiæ procederent, posse convocari & congregari Concilium generale, contra voluntatem Papæ, ut resisteret, & obviaret ejus insolentiæ: (& id ipsum forte causa est, cur nostris temporibus Pontifices concilia adeo timeant. Ziegler. *de jur. maj. L. 2. c. 15. §. 50.*) sic Innoc. *in c. quanto. de consuetud.* Papæ, si quid faciat contra *universalem statum* ecclesiæ, resisti debere, expresse docet. Plane, si is in *heresim* inciderit; *c. si Papa. dist. 40. c. Novatianus. 7. q. 1.* aut *moralis & mortalis crimine* scandalizet alios, nec corrigi se patiatur, & sic quoque male videatur sentire de *fide*; *gl. in c. si Papa. dist. 40. aut &*

monia

monia contamine fedem sanctam, modo tria adhuc re-
quisita ibidem conueniunt; v. Panormit. in c. quoties. n. 2.
de Simon. Felin. in c. 1. x. d. Simon. tunc Canones pote-
 statem Concilio dant *supra Pontificem*, atque coërceri
 eum, (& hisce casibus *asperius* quidem, quam si esset ru-
 sticas, ut censet, *gl. in c. praful. 2. q. 4. Felin. in c. pasto-*
ralis. §. 3. x. d. offic. & pos. jud. deleg.) ac exai dignitate
 illa supereminente permittunt. Cujus rei exemplam in
 Johanne XXIV. a Concilio Constantiensi exauctoritato,
 vidit superior ætas. Platina in *vit. Pontific.* Quin imo
fungulis quoque aduersus summam Pontificis sævitiam de-
 fensionem largiuntur Dd. Papales. Sic enim illum jure
 rationis occidere licere, constituissimum ait. Placa l. *de*
delict. c. 28. cum quo transit Clarus. §. *homicidium. n. 29.*
& 30. quippe quod hac in re Pape plus juris non sit,
 quam alii cuilibet clerico. Hinc illum quoque, si pro-
 priis manibus quem occidat, *irregularem* fieri, notat Fe-
 lin. c. 2. x. *de majorit. & obedient. n. 4.* Sed hæc quidem
 ex *Romanistarum* scitis dicta sufficiant. A *sanioribus* au-
 tem Politicis per argumenta bene firma, & plura, quam
 hic referri institutum patitur, dudum jam evictum est,
 nullam esse hanc, quam Pontifices sibi fingunt, potestatis
præminentiam; quin potius ipsos Principi ejusque *rou-*
Sicla *subjacere*, cui soli potestatem *externam* circa *sacra*,
 tanquam jus & *partem* præcipuam majestatis competere
 verius sit. Eleganter de potestate duplici Pape, tempo-
 rali & spiritali, quam per duos istos gladios *Luc. 22.* in
 noi jactitat Bonifacius VIII. Erastus in *Moria.* In *Im-*
perio nostro Romano, cum *insegra* debeat esse Majestas, si-
 cut in qualibet Republica. Ideo *Casari* jus universale sacro-
 rum, neque *externum*, tribuunt *Protestates*; salvis ta-

men *conventionibus*, quas cum Imperatore inierunt Stat-
 rus Evangelici, & quibus securitati conscientiarum con-
 sultuere, Illustr. Dn. Præses in *An. ad Schweder port.*
spec. sect. 1. c. 5. §. 6. Pontifici autem nil quicquam pote-
 statis illius externæ, quam Majestati Reipubl. juxta hy-
 pothesin rectiorem deberi diximus, *Isti deferunt, salva*
Pace Religiosa; verum in ditionibus Statuum *Carbolicorum*,
 qui *ecclesiasticam majestatem* agnoscunt, eamque verentur,
 in possessione Majestatis *usurpata* eum esse dicunt:
 imo id quoque, quod Cæsar ex jure Sacrorum forte *lar-*
giatur Pontifici, non *præjudicare* Imperio asserunt ejus-
 que *juribus*, ut nec *successoribus* Imperatoris. Illustr. Dn.
 Præses *l. c. §. 15.* Atque his adductis facili negotio etiam
 judicare licebit, quid de *Resistentia*, quæ fit *Pontifici*, ha-
 bendum sit.

§. XI.

Sequitur nunc, ut de ea *Resistentia*, quæ potestati
Subalterna fit, dispiciamus: hanc vero primum considera-
 bimus, quatenus *Magistratus* est per *Officium*, & quidem
Politicum, in Statu *Togato*. Atque ita prius in *se* &
principaliter de eo videndum erit, qui *juri dicundo* est præ-
 positus; idque ratione *Formæ*, vel *ipse*, vel per *alias* reddit.
 Ibi cum omnes, qui in civitate jus dicunt, dependeant a
majestate, tanquam origine omnis jurisdictionis, inde fa-
 cile colligere licet, quam *sancta* debeant esse civibus *judi-*
cia, quam *reverenter* habendæ *personæ*, quæ illis præfunt.
 Cothmann. *4. conf. 11. n. 7.* Chassanæ. *in catal. glor. mund.*
confid. 26. in pr. part. 1. Fieri enim vix poterit aliter, quam
 ut per latus illarum ipse quoque lædatur ille, cujus consti-
 tutæ sunt auctoritate. Bart. *ad l. 1. §. 1. it. ad l. 5. ff. d. injur.*
 Paris de Pateo *de Syndic. 5. famil. c. 3. n. 11. cen l. 3. C. de Sa-*
crileg.

relegatum expresse *facrilegium* committere dicitur is, qui de idoneitate ejus, quem elegerit Princeps, ex certa sc. scientia, v. Brunnem. ad b. l. dubitat. Hinc injuria judici illata multo atrocior habetur alia l. 7. §. 8. d. injur. quam is, sejam ipse, Mev. p. 6. dec. 343. & 344. Carpz. 1. 16. 28. vid. tamen Brunnem. ad l. 10. ff. d. jurisd. Farinac. q. 17. n. 45. *arbitraria* ad mortem usque ascendendo, Menoch. 3. A. Q. c. 263. n. 6. Papæ. dec. 557. vindicari potest; quin & sub pena capitali tenetur. l. 6. C. de episcop. audient. conf. Valer. Max. L. 2. c. 1. ibique Rupert. Hinc judicem, dum officio suo fungitur impedire, eive resistere minime licet. c. qui resistit. caus. 2. q. 3. l. additos. C. d. episcop. aud. e. voli. in fin. caus. 23. q. 1. c. pater. caus. 9. q. 3. Secus per ejusmodi factum jurisdictio istius violata censebitur. Chassanæ. Consuet. Burg. rubr. 1. §. 7. in pr. n. 14. & dignas temerator penas dabit. Atque ideo varia quoque remedia invenerunt Legum letores, quibus jurisdictio magistratus & auctoritas a leviorum hominum injuriis vindicaretur: qualis est pena *quinquaginta aurcorum*, ob corruptionem albi l. 7. ff. d. jurisd. *judicium* pœnale ex edicto, si quis jus dic. non obtemp. aliique modi, queis *immorigeros* coërceri posse ostendit Oldendorp. cl. 1. act. 2. in aff. Sattinger. obs. Austr. 29. n. 6. Quin imo pœnam illius, quialiquo modo jurisdictionem judicis turbat, juste etiam ad mortem pro arbitrio judicis extendi statuunt Bald. in c. 1. §. injuria. tit. d. pac. jur. fr. Farinac. Pr. Crimin. L. 1. 2. 4. q. 32. n. 7. 7. 24. 28. add. vel maxime l. 10. ad L. Jul. de vi publ. Non vero turbat jurisditionem aut injuriam infert, qui judici, *suos* sibi concessos, qualicunque modo, v. Monach. ad l. ult. de jurisd. excedenti, resistit. l. ult. ff. d. jurisd. Innocent. in c. si quando. n. 2. x. de offic. de leg. Quicquid enim ab incompetente

sc. notorie tali, c. 7. x. d. appellas. ibique Praedicti. & Dec.
 (nam si incompetens *dubia*, & sic causae cognitione opus
 sit, juri se subtrahere non licet, *Marp. 3. cons. 19. n. 135.*
Carpz. 1. 3. n. Myns. 6. obs. 7. sed patiendum est, ut affirmet
judex, an sua sit jurisdictio, l. 5. ff. 3. judic. l. 2. pr. si quis in
jur voc. non. ier. qui tamen si ante litem super hac re sententiam
ulterius quid inrentes, repelli posse videtur, defen-
*sione justa offensio illius injustae opposita.) *judicatum est,*
judicatum dici non poterit. l. 1. §. 2. ff. quod quisque jur. l. 1.
§. ult. ad Sc. Terull. l. 2. §. fin. ff. d. pan. t. t. C. si a non comp.
cum magistratus extra limites officii sui pro privato ha-
beat. l. ult. ff. d. off. prof. urb. l. ult. ff. d. off. procons. ita,
*ut si quid exequatur, spoliator sit, Gabriel. *commun. concl.**
*1. n. 130. Menoch. *remed. 8. R. P. n. 13.* cui impune resisti*
constat. Et non reus tantum recte resistet, verum & alter,
cujus jurisdictio per factum judicis incompetens violata
est, Reinking d. R. S. & E. L. 2. c. 2. c. 17. n. 83. Crav. c. 302.
n. 4. quique ideo varias adversos huius habebit actiones.
*Papae. *dec. 413.* Gail. *de P. P. c. 16. n. 27.* Menoch. *brevis. poss.*
remed. 3. n. 606. Imo amplius in tali casu, quando clericus,*
quem talem esse nemo ignorat, a laico captus; clamoribus,
prout illi licet, populis concursum excitat ad se liberandum;
alii de populo, velat in populari causa, permistum credit
*Perez. *eximere eum, quem sciunt a jurisditione exem-**
rum: cum tantum tumultum avertere intendant, impe-
*diendo illicitam apprehensionem T. C. *quando cuique lit.**
*se. sine jud. n. 6. add. A. Faber *L. 3. C. 4. 18. d. 1.* Praeterea*
non censetur consentire jurisdictio magistratus illive injuria
fieri, si is de facto & extrajudicialiter, eo modo, quo privo-
*ti solent, vim inferens, simili vi repellatur. Felin. *in c. si**
*quando. n. 2. x. d. offic. de leg. Philipp. Decius *ibid. n. 8.* Jak*
 &*

& Bolognet. in l. 3. d. 1. §. 1. Menoch. *præsumpt.* 67. n. 13. & 32. Farinac. q. 32. n. 97. *segg.* Nec refert tum, reparabile sit gravamen, an irreparabile: in quo omnes Interpp. *conferunt*, nemine discrepante, ait Mara *disp. 1. num. 14.* Crass. L. 1. *concl. commun. c. 2. q. 10.* Hinc retorquere licet ad: versus magistratum, qui *convitiis* honorem alicujus profundere non veretur, *arg. l. 32. ff. d. injur. l. 29. §. 7. ad L. Aquil. Berlich. p. 5. concl. 64. n. 20.* quia ubicunque locum habet *injuriarum actio*, ibi quoque licita est *retorsio*. *arg. l. 156. d. R. J. Harp. ad §. 12. J. d. injur. n. 190.* B. Struv. *de vind. priv. c. 10. a. 8. n. 2.* (extendunt hoc *Ed. per l. cit. 32. d. injur.* & illi quoque casui applicant, ubi non ceu a privato, sed tanquam a persona *publica intra judicium* injuriam aliquis patitur.) Utique si *damnum irreparabile* corpori intenet *judex*, cum talis non amplius ut *magistratus*, sed ut *aggressor impius*. consideretur *Barbof. Thef. loc. comm. L. 9. c. 89. axiom. 11. & 13.* impune pro salutis propriæ defensione *occidit* poterit. *Obrecht. de necess. defens. c. 6. n. 38.* *Not. ad Volz. in L. Corn. de fisco. c. 5. n. 10.* ipse *Volz. d. Tr. c. 7. n. 77.* Ulterius non violatur *autoritas publica*, quando quis de *facto* resistit, (modo *alia via de legitimis remediis* ei succurri nequeat. *Maranta Disp. 1. n. 13. & 14. Far. L. 1. conf. 65. n. 37.* quam restrictionem in *dotrina hac Resistentiæ pro regula fere tenendam* volunt *Dd.*) *judici qua tali*, & sub *velamento justitia* aliquid facienti, quod *notorie* injustum est, aut de quo *dabium* quidem ad hoc, *gravamen autem irreparabile* merendum extat; *Mynf. P. Oris. pro hoc ex paulo post dicendis* apparebit *distinctus.*

§. XII.

Quando per *judices delegatos* jus redditur, eadem illis eorumque *justis* exhibenda est *reverentia*, quam *ordina-*

rio debetur. Utitur enim **mandatarius** jure mandantis / *l. 1. §. f. d. offic. ejus, cui mand. est jurisd.* Atque, vi axiomatis generalis, injuria, illi illata; huic facta censetur, Schrader. *de feud. p. 10. f. 4. n. 22.* acrius eapropter punienda. Relant. *de Commissar. part. 1. L. 7. c. 2. 13.* De **demmo** igitur, quod in se vel rebus suis passus est, *resarciendo* aut *windicando*, Commissarius apud judicem *competebat* vel *civiliter* aget vel *criminaliter* Rolant. *d. l. p. 1. L. 1. c. 4. num. 14.* adversus temerarios auctoritatis suae contemtores; modo his de *potestate*, ipsi ab ordinario concessa, *constiterit*. Et hinc tenor commissionis citationi inseri debet, ac in *ulteriori* progressu plane *litera originali* ostendi, Myns. *cent. 3. obs. 11.* Barbof. *r. 31. d. offic. jud. deleg. num. 2.* quo fides fiat de *jurisdictione delegata*. Alias enim, cum delegatus non habeat *jurisdictionem naturalem* aut *fundatum in jure communi*, sicut ordinarius, *l. more. ff. d. jurisdic.* sed solum *ex accidenti* a *idea* pro ea non *presumitur* / *l. 32. 31 d. offic. deleg.* neque *concedere* illi quis simpliciter *constat*, nisi id *docetur* *expresse*. Vant. *rubr. d. nullus. ex def. jurisd. n. 16. 17. 28.* atque merito sibi habere debet *judex*, quando videt, fonte *jurisdictionis suae* non exhibitio, auctoritatem suam *impugnare*, tanquam *privati* cujusdam / *l. 2. C. d. mand. principis* sperni, & *juris competentis executioni* a partibus *ob facto* resisti. Mascard. *de Probat. c. 198.* Tenetur *prætere* Commissarius *formam* commissionis suae *exacte observare*. Gail. *L. 12. obs. 37. n. 1.* exemplo *privati* *mandataris* *tyranni* *mand.* : Sedque enim *ultra* contra *illius* *tenorem* *gestio* nullus est. Innoc. *in c. venerabilis. d. offic. deleg. & commissario*, ejusmodi quid *arbitrari*, *de facto* *obsequet* licet. *Cantiancula. conf. 24. n. 63. seqq.* De *Commissione* *Jurisperia-*

perialibus in specie notandum est, quod cum nihil frequen-
tius sit inter homines Cyclopicos, quam Commissariorum
jurisdictionem *turbare*, aut etiam eos *re vel verbis male*
tractare. Rulant. *d. Commissar. p. 1. L. 7. c. 8.* Hinc varia
LL. suppeditare voluerunt *remedia*, quibus illorum au-
doritati adversus audaciam atque petulantiam *temerato-*
rum esset prospectum. Quodsi igitur Commissarius,
actum commissionis *exequi* volens, impediatur, sive a *par-*
te, contra quam executio impetrata, sive ab alio *extraneo*,
interesse quoddam prætendente: tunc exercitio potesta-
tis suæ obstantibus *primo* sub *pæna pecuniaria* injungere
potest, ut ab incepto desistant; sique illi molestare *per-*
gant, *mandata pænalia*, de quibus Rul. *l. c. p. 1. L. c. 2. 11.* de-
cernere; ac sine *tunc* quidem obtemperant, rem ad *Ca-*
meram referre, supplicatione pro *declaratione pænæ &*
arbitrariis processibus oblata. Id. *p. 1. L. 3. c. 16.* Illi vero,
qui ipsum plane *salvum conductum*, quo Commissarius gau-
det, non verentur violare, ob gravitatem *delicti* variis *pæ-*
nis obnoxii esse jubentur: ut nimirum ad *damna omnia &*
interesse teneantur; *actione injuriarum*, aliove quo *pænali*;
etiam *criminali*, iudicio pro qualitate delicti, ad pænam
arbitrariam conveniri possint, & etiam *ordinarie læsæ mo-*
jestatis rei, agi queant: eo quod violatio istius securitatis
principaliter in committentem, quem Commissarius re-
præsentat, redundet; Rul. *d. c. 8. n. 9.* nisi forte violatores
isti *ignorantiam* mandati commissionis prætendant: Id. *n. 8.*
nam hæc, ut ante dictum, a pænis ab eximit; quæ propter
& Commissarius mandatum sive commissionem suam *allegare*
& *ostendere* eis tenetur, apud quos commissio *expedi-*
enda est. Rul. *p. 1. L. 5. c. 2.*

§. XIII.

Pergo ad *objectum*, ejusque partes, quæ ad impressionem quandam vergunt, circa iudicium tum *Civile*, tum *Criminale*. Illud *inchoatur per in jus vocationem*, sive citationem; quam *verbalem* aliam esse, aliam *realem*, communiter statunt Dd. v. Illustr. Dn. Præses in *Comment. de in jus vocat. p. 257*. Hanc quidem inferius, *juncta* tractatione de *reali* citatione in iudicio *criminali*, exequenda erit occasio. De illa igitur nunc paucis. Scilicet *in jus vocatio* basis est & initium totius *processus*. §. *fn. l. d. pan. sem. litig.* Illustr. Dn. Præses in *Comment. ad ff. de in jus vocat. §. 15.* atque ideo nunquam *omitti* potest: Carpz. *t. 7. Proc. a. 1. n. 9.* (ubi *v. 16. seq.* quando & quibus casibus negligi queat) *secus*, *judex privati* rationem induer: Dec. *V. 3. R. 37. n. 29.* cui *resistere* licitum erit. Ubi vero ea *juxta formam* debitum, de qua v. plura ap. Illustr. Dn. Præsid. *l. c. §. 16. seqq.* facta fuerit, *morem gerere* *omnino* oportet; alius *pœna contumacia* sequeretur, *inligenda* illi, qui non *comparendo* *contemisse* *judicem* *Mev. 8. Dec. 289.* eique *injuriam* *intulisse* *censebitur*. Carpz. *t. 8. Proc. a. 5. n. 24.* Et sic, cum tam graviter in magistratus auctoritatem peccet, qui solum actu quodam *omisso* *mandata* illius lædit; hinc nemo non videt, multo majori odio dignum esse eum, qui *judici citanti* *resistere* ausus est. Quando igitur quis *ovesenus*, ceu præcisè primum fieri oportet, *Sesse dec. 59. n. 4. 10. Mev. 5. dec. 321.* per *nuncium publicum* *juratum*. Carpz. *t. 7. Proc. a. 1. n. 42.* aut eo *deficiente*, per *alium*, *ibid. a. 3. seqq.* in *loco domicilii*, Carpz. *L. 1. R. 25.* (*extra* illud enim *citationem* in *itinere* vel *diversorio* *citatus* *recipere* non tenetur; *Ummius D. 5. 1b. 11. n. 62.*) in *jus vocari* vult; tunc *copiam* sui *facere*, & *personalem* *citationis* *insinuationem* *reicere* non de-

debet. Multo minus ergo, prout facile hinc colligere licet, *apparitori*, officio suo, quod a *judice* sibi *mandatum* probavit, Gail. *l. obs. 54. n. 1.* Mynf. *VI. obs. 10. n. 4.* (sine *praecepto* vero *judicis* citantem, si verbis immodestis inflet, absque injuria illius domo expelli posse asserunt;) rite fungenti resistere poterit; & gravis omnino censebitur injuria, qua nuncii publici auctoritas laeditur. Quod si vero citandus praesens citationem accipere nolit, aliterve faciat, ne illa ad se deferatur, Carpzov. *1. 7. a. 4. n. 26.* & quamvis diligenter perquisitus reperiri non possit, aut absit, & nesciatur, ubi commoretur; Mev. *p. 3. Dec. 81. n. 6.* tunc nuncius domui ejus vel portae affigere debet citationem; *l. 4. §. 5. d. damn. inf.* Scacc. *de jud. l. 1. c. 33. n. 1.* quam refrigerandi licentia est nemini, nisi pœnam arbitrariam incurrere vult, *l. hodie. ff. de pœn. l. 1. §. 4. ad L. Corn. de fals.* Ubi tamen judex eum, cujus alias copia haberi potest, statim, tantum ad domum, de facto citat: ibi in consummationem procedi non posse, testatur Mev. *VII. Dec. 275.* Imo & tali casu de facto schedam citationis refrigerare permittunt; modo tunc caveatur, ne contumeliosum ea agatur, v. c. luto eam conspurcando. Hoc enim impune non cessurum, certum est. Denique quando citandus nec personaliter potest citari, nec domi; puta, quando vagabundus est, Carpz. *1. 7. Proe. a. 4. n. 11. 12. auz lasitas, n. 24.* & vel per se vel per alios efficit, ne citatio ad se pervenire queat, *Id. 2. R. 25. n. 8.* aut quando alias necessitas id exigit: *n. 7. seqq. edictalis* citatio adhibetur, decreto in trium dominorum territoriis affixo: Carpz. *l. 2. 29.* quod qui temerare audet, non quidem pœnam alibi corrupti luet, cum edicta citatoria non perpetua jurisdictionis causa, sed prout res incidit, *l. 7. pr. ff. de jurisd.*

proponantur : quin potius *extra ordinem*, pro qualitate *personarum* & admittit *semerisatis*, coërcebitur. Illustr. Dn. Præses in *Comment. d. jurisd. §. 45.* Atque vix *immunitis* erit ille, qui citationem talem *corruperit*, quæ *citra* necessitatem emanavit, & sic *pudorem* citati quadantenus sugillat. *Mev. p. 4. d. 361.* Sed hætenus quidem de citatione ea, quæ fit a *personis publicis.* Nunc paucis quoque de in jus vocatione, quam *privati*, auctoritate tamen *publica*, suscipiunt. Olim nempe ex LL. XII. Tabb. more a Græcis desumpto; Sigon. *de rep. Athen. c. 4. actor.* quilibet ipse *denunciare* poterat reo, edito ruditer agendi jure. *Valtej. L. 2. d. jud. c. 1. n. 10. seqq.* & si is *differret* satisfacere, vel *repugnaret*, in jus vocabat, *Brisson. L. 5. formul. pr. etiam e domo. l. 21. d. in jus voc.* Vocantem protinus *sequi* oportebat, v. *T. T. si quis in jus voc. non ser. &c. in jus voc. ut cant. &c.* Nam si quis non iret *confestim*, nec *vadimonium* daret, invito *manum injicere* licebat, *Rittershus. cl. 3. p. 3. XII. Tabb. c. 1. non autem e domo*, quamvis conductæ, *Myns. IV. O. 69. extrahere*; secus *resistendi* jus esse videtur. *l. 18. ff. de in jus voc.* Prehensum obtorto collo in jus *trahere* actor, a nemine in tali actu *impediendus.* Ubi enim quis vocatum *vi eximit*, sive *dolo* id fecerit, sive *errore*, hoc sibi *permissum* credens, sive *commiseratione* eo ductus fuerit: *l. 3. §. 2. ff. ne quis cum qui in jus voc. tenetur in jus vocanti ad penam l. f. d. 2. quæ non æstimatur secundum id, quod actori vere debetur*; sed quod is, licet per *calumniam*, *petit in judicio. l. 5. §. 1. d. 4.* Quodsi tamen quis *contra* edictum, *reverentiale* illud, in jus vocatus fuerit, ille *vi eximi* potest; & ita *injusta* vocatio *privata* vi repellitur. *l. 1. §. f. ne quis cum qui in jus &c. (vocatio vero calumniosa, l. 4. §. 1.*

§. 1. d. 4. *contra edictum non est, nec etiam in se injusta habentis*, quippe quod non *ius actionis* sive actoris, sed factum *eximentis* contra *ius publicum*, respiciatur. Illustr. *Do. Præses in Comm. ad P. ne quis eum &c.* §. 2.) Idem obtinet, si alia *justa causa* sit exemptionis *l. 4. §. 2. d. 1.* nec porro *pœna edicti prætorii* tangit illum, qui *servum exem- mit, l. 3. pr. vel eum, qui tali tempore, vel ex isto loco vocari non debuit. l. 2. pr. d. 1.* *Privata* huic abreptioni in *ius similis* quodammodo est casus ille, quo hodiernum *creditori debitorem fugitivum*, vel etiam ex *indiciis* quibusdam *probabilibus*, quæ v. ap. *Scacciam d. jud. L. 1. c. 37. n. 12. de fuga suspectum*, propria autoritate, ubi publicam *adæundi spatium* non est, *Covarruv. L. 2. variar. resol. c. 1. Peck. d. jur. fist. c. 2. n. 1. & 2. capere permittunt. l. 10. §. 16. qua in fraud. cred. Mey. p. 2. Dec. 274. n. 5.* plura hac de re *Hillig. ad Don. L. 17. c. 2. lit. N.* & *detinere, ea intentione, ut iudici intra viginti quatuor horas remittatur ac præsentetur. Wames. conf. b. n. 9. cent. 4. Damhoud. c. 64.* Neque *debitori potestas* competit, rebus sic *stantibus, vim opponendi*, sed *prohibita est defensio, cum offensio & captura sit licita*; adeo, ut *debitor fugitivus, armata manu resistens* impune *ladi* queat vel *occidi*. arg. *l. 52. §. 1. ff. ad L. Aquil. Bald. in l. si allegas. n. 1. C. ad L. Corn. de ficar. Jason. ad §. 1. n. 76. F. de action.* *Resistens, inquam, lædi potest; alias enim, si creditor vim illatam non propellit, sed debitorem solummodo fugientem & non resistentem vulneras, ius crediti amittit. Bald. in autb. sed omnino. n. 14. C. ne ux. pro mar. Gail. II. O. 44. n. 4. Köppen. Dec. 29. num. 11.*

§. XIV.

Finitur iudicium per *Executionem*, in qua non minor, atque in aliis actibus, iudicis debet esse auctoritas; cum *frustranea* foret, atque, ut vulgo dici solet, *campenæ sine pistillo* similis juris *dicendi* potestas, nisi sententia lata in *effectum* deduceretur. Dum igitur magistratus ad legitimum juris executionem quid facit, facultate sibi *competente* utitur, nec vim atque injuriam infert: l. 3. §. 1. ff. *quod met. caus.* l. 29. §. *pen. vers. quidam tamen ff. ad L. Aquil.* Obrecht. *Tr. de necess. defens.* c. 6. num. 31. ideoque ei nec *resistere* licebit; d. l. 29. §. *pen. ad L. Aquil.* per reg. ubi *offensio* est *licita*, ibi *defensio* est *illicita*. Fit autem executio per iudicem vel *immediate*, vel *mediate*. Ibi, dum rem manu *militari aufert*, vel *pignora capit*; atque tunc si executioni faciendæ debitor resistat, executio, hoc modo *impedita*, pro *facta* habebitur nihilominus: A. Faber. in *C. L. 7. t. 20. d. 6.* ne alioqui sit in *potestate* *condemnati*, facere, ut nunquam conveniri possit. l. 2. §. 3. *de eo quod cert. loc.* l. 61. *d. re judic.* Aym. Cravet. *d. antiquit. temp.* p. 1. §. 3. num. 38. jusque *pignoris* tribuet creditori: ut adeo, qui executionem *petiit*, *realiter* vero non obtinuit, *præponatur* creditori alii, qui *postea* in ejusdem debitoris bonis *arrestum* *judiciale* impetravit. Carpz. p. 1. *Dec. 62.* Et præterea resistens, si solum januæ *occlusionem*, aliterve *absque* armorum & manuum *violen-tia*, *pignorum* capioni obstat, jure *communi* *arbitraria* *punitur*; quod etiam de jure *Bavarico tit. 15. art. 15.* decisum habetur. Quando autem *is* *violen-tia* manu executioni resistit, pro *qualitate* *imperus*, aliarumque *circumstantiarum*, *pœna*, etiam *capitalis*, decernitur. *Farinac. Crimin. L. 1. t. 4. q. 32. n. 28. Papæ Dec. 557. n. 1.* Sane ex

Bulla

Bulla Sixti V. executionem in causis civilibus impediens crimen laesæ majestatis: ac pœnam mortis naturalis incurrit. Proinde sub initium Pontificatus Sixti V. quendam famulum, qui asellum, pro executione in causa civili captum, apparitoribus exemit, furcis suspensum fuisse, refert Farinac. d. 9. 32. n. 6. quamvis illa bulla tempore Clementis VIII. sublata, & ad executionem tantum in causis civilibus minime esse extendendam, declaratum fuerit. Farinac. l. c. In specie, si quis executioni sententiæ, quam Camera Imperialis tulit, præfracte resistat, pœna banni coërcebitur, quod postea per manum militarem executioni mandatur, juxta Ord. Camer. part. 3. tit. 48. & 49. De censuris ecclesiasticis, quibus delegatus Principis adversus executioni resistentes uti dicitur, vid. Ziegler. ad Lancelott. Inst. Tit. de execut. rei judic. §. 1. Sed hætenus quidem de debitore, executioni resistente. Quod si vero non is, sed tertius quidam, pignorum captionem impediat, vel capta denuo eripiat: tunc iste, præter pœnas antea relatas, etiam creditori, in cujus gratiam suscepta est executio, ad persolutionem obligabitur, ac si pro debitore fidejussisset; & proinde pœna edicti, ne quis eum, qui in jus voc. locum habebit. l. 3. C. d. exact. tribus. Chassanæ. In Consuet. Burgund. rubr. 1. §. 7. verb. de simple rescousse. num. 15. Boss. de captura. num. 15. Atque hanc obligationem ex parte tertii resistentis non extinguunt docent, tamen si ex post facto pignora iterum capiantur. gl. in l. quoties. C. de exact. tribus. & arg. T. ne quis, cum, qui in jus voc. vi. crim.

§. XV.

Tali vero effectu, qualem in preced. exposuimus, non gaudet executio illa, qua *judex*, sive is, cui id ab hoc, vel *sue* vel *cum* causæ cognitione, *commissum* fuerit, sententiam *formaliter injustam*, Paris de Puteo, de *Syndic. verb. resistencia. c. 2. n. 3.* aut sententiam, *justam* quidem in se, *injuste* tamen, exequi conatur. Prius fit, si juris *ordine non ser-uato*, velut absque debita causæ *cognitione* (nisi forte casus fuerit, in quo iudicis partes *nulla* sint, nisi *exequando*. Carpz. T. 22. Proc. aut de *facto* satis *constet*; Marpurg. a. *conf. 22. n. 108.* Klock. 3. *conf. 121. n. 5. seq.* velut si debitum sit *notorium*. Rebuff. Tr. d. *execut. sens. ars. 7. gl. 14. n. 7.* Gutierrez. d. *juram. confirm. p. 3. c. 19. num. 7.*) sententiam *dixerit*, eamque non *attenta nullitate*, qua laborat, l. 9. C. d. *judic. l. 4. C. de sens. Et interlocut.* executioni mandare velit. Cum enim in tali casu *privati* rationem induat *judex*, & *violentiam* faciat, l. *meminerint. C. unde vi. c. conquestense. x. de resist. spoliis.* Boer, dec. 238. n. 4. A. Faber. in C. L. 1. s. 113 d. 4. Ideo per consequens, ex *natura* lege, illi *resisti* poterit. l. 5. C. d. *jur. fsc.* Ant. Gabriel. *commun. concl. L. 5. tit. de resist. spoliis. concl. 1. n. 124.* Cravett. *conf. 302. num. 4.* etiam si *damnum* non sit *irreparabile*. Facinac. q. 30. n. 191. Facit hac die *Sönnliche Widerlegung der Stadt Rat protestation d. 13. April 1671.* ibi: *das nemlich altem Obrigkeiten, imo privatis quoque personis, was de facto & per necessariam violentiam, sine debita & juridica cognitione, eüam a iudice ipso, beschicht, mit gleichem Gewalt und Resistenz, oder sonst durch andere gefährliche Mittel zu verhindern, abzuschaffen, und zu beschaffen zugelassen sey.* Idem dicendum videtur, quando juris quidem *ordo servatus* est, *iniquitas* tamen sententiæ *notoria*

ria

ria habetur. Felin. in r. cur causa. 2. x. d. offic. deleg. Lucas de Penna. de h. prohibitis. (n. 9.) Et 29. C. d. jur. fisc. Scacc. de sent. Et re jud. c. 1. gl. 4. q. 6. n. 22. Quis est in ea, que contra jus in thesi fertur, Leges sc. l. 2. l. 5. C. quand. prov. non est nec. Carpz. l. 26. 27. easque certa: : fecus subsistit sententia. (An hoc quoque de judicato contra communem opinionem sit afferendum, qu. ? affirmant Alex. conf. 95. n. 6. vol. 2. Bart. in l. fin. C. d. pen. tem. litig. Marp. 2. conf. 26. num. 136. quod de communi opinione ea concedendam videtur, que falsitatis convinci nequit: Vant. d. nullis. ex def. Proc. n. 120. queque in similibus speciebus recepta, ad consuetudinem sive jus non scriptum deducta est: Illustr. Dr. Præses in Comment. ad T. d. LL. §. 44.) aut etiam in illa, que contra jus in byposithi lata est, & cum jure partis pugnat; siquidem ex actis notorie constet de nullitate, Carroc. de Remed. c. Sent. except. 70. n. 36. seqq. aut de sordibus l. 7. C. quand. provoc. non est nec. aut in contrarij nullitas probari possit; Bart. ad l. 4. §. condemnatum. ff. de re judic. Alex. conf. 33. n. 9. L. adeoque cesset presumptio, que alias pro judice militaret. Menoch. de rec. poss. rem. 8. n. 8. Marpurg. 2. conf. 10. n. 108. Porro jus resistendi permittendum videtur in iis quoque casibus, ubi nullitas dubia; atque ideo regulariter longe aliud receptum, Felin. c. si quando. x. d. off. deleg. col. 2. n. 2. Chassanæ. in Consuet. Burg. rubr. 1. §. 7. verb. de simple resourse. n. 10. Modest. Pistor. 1. conf. 24. n. 10. factum vero tale est, quod non posset retractari: & haberet executionem irreparabilem & magni præjudicii. Job. Sese de arbitrio. c. 5. §. 5. n. 11. Imo amplius, si sententia non sit ipso jure nulla, sed subsistat, adeoque a parte, que sese forsitan inde gravatam putat, per appellationem sit rescindenda: ibi cum illis inserpenda causa concessum sit decendum, auth.

F

bodie.

badie. C. d. appellat. quod vel prorogari vel archari nequit a iudice: Carpz. dec. 250. n. 11. hinc si is intra illud tempus exequi velit sententiam, impune ei resisti potest: Tusch. T. 3. L. E. c. 481. Posth. de Manus. O. 12. n. 134. paria enim tere sunt, esse appellatum, vel esse intra decem dies ad appellandum. c. 7. de appellat. in VI. Lancelot. d. attent. c. 11. n. 1. 18. Plane, si intra fatale præscriptum interposita sit appellatio, devolvitur eo ipso causa ad superiorem, & sententia, ab inferiore lata, suspenditur, ut executioni dari nequeat l. un. ff. nihil innov. appell. interp. (nisi commissum alicui, ut executio fiat sine præiudicio legitimæ executionis; vel pars petens executionem idonee satisfacere velit, aliunde casus sit, in quo Innovatio est permissa. Lancelot. de attent. p. 2. c. 11. n. 477.) Secus attentatum quid dicitur, actusque talis est ipso jure nullus, c. ad audientiam 34. d. appellat. atque attentans spoliatori & violento invasori equiparatur, Lancell. d. Tr. d. attent. p. 3. c. 31. n. 77. cui violento resistere licebit. Innocent in c. si quando. x. de offic. deleg. n. 1. Chassanæus Consu. Burgund. rubr. 1. §. 7. verb. de simple rescouffe. n. 18. Farinac. q. 32. n. 108. ubi ampl. hoc, etiam si non sit certum, appellationem esse justam. Idem de frivola quoque sentiunt nonnulli. c. 5. d. appellat. in VI. Scacc. de appellat. q. 17. lim. 6. n. 100.

§. XVI.

Verum hæc de Executione sententiæ *injusta* sufficiant. Paucis nunc quoque de casu, quo sententia *justa* quidem in se, *injuste* tamen executioni mandatur. Scilicet juxta formam statutam executionem fieri debere, constat, l. 7. C. de exact. tribus. alias annullabitur processus; Carpz. L. 4. R. 2. n. 3. & resistentiæ erit permissa. l. 5. C. d. exact. & exact. Grauan. discept. for. c. 739. n. 24. Sic quando pigno-

ra debiti quantitatem excedentia capi vellent, vel ordo in Constitutione *l. a. Divi Pii* §. *in vendit. ff. de re jud. negligi*, vid. Carroccius *d. Tract. except. 61. n. 4.* impune resisti potest, etiam per *tertium*; quod exemplum expresse ponit Chasfanæ. in *Consuet. Burgund. rubr. 1. §. 7. verb. de simple recouff. n. 6. & 7.* Mascard. *de probat. v. 1. concl. 189. num. 26.* Farin. *q. 32. n. 102. seq.* Idem est, si executores boves *aratorios*, vel instrumenta *rustica*, (*aliis rebus pro exsolvendo debito extantibus*.) debitori in vim executionis aut pro pignore auferrent: nam & ea *propria* autoritate recuperare debitori concessum foret, Menoch. *d. A. I. Q. L. 2. sent. 4. def. 378. n. 7. ne victus* media ei tollantur. Quamobrem nullam quoque & iniquam executionem esse statuunt, qua *cerevisia braxatio*, unde quis victum quærit, negetur. add. *Mev. p. 5. dec. 208.* Denique notorie injusta etiam est, ac ideo pari cum reliquis jure fruitur, executio, quæ fit *tempore feriato* in honorem *Dei*, *l. 2. l. ult. §. 1. C. d. fer. & remota legæ suspicione.* Peck. *c. 10. d. jur. fist. n. 1.* Neque decisionem *Senatus Patemontani*, quam *Tess. dec. 95. n. 3.* refert, huic opinioni contrariam censet *Scacc. de judic. L. 1. c. 46.* sed amicam potius, si propius inspiciatur, esse putas; quia ibi, *inquit*, allegabatur *Stylo* in contrarium, ut illi dies hebdomadæ sanctæ non solennizarentur *integraliter*; & ideo ibi fuit resistens punitus, & mitius; sed si demus, ait ipse *Tess.*, de *Stylo* executionem fieri non potuisse: tunc poterit *judici* de facto exequenti de facto resisti; servata tamen distinctione *Joh. de Platea in l. prohibitum. C. de jur. fist.* Quare quod dixi, *pergit Scaccia*, de diebus feriatis, intelligo non solum de illis, qui etiam observantur a *papula*, sed & de illis, qui non observantur; quales sunt dies *hebdomada sanctæ*: quia satis est, quod ad *Dei* reverentiam ob-

serventur a Curia, ut in terminis tradit Bald. in l. omnes. C. d. fer. Generaliter autem adhuc notandum est, quod in illis casibus, quibus resistenciam adversus judicem permissam esse diximus, *rejicere* quidem executores, domoque v.g. *expellere* liceat; non tamen *vis* aliave *injuria* iis inferenda sit, ne *magistratus* autoritas laesa putetur. Ant. Faber L. 2. C. 2. d. 9. n. 10. Hinc, an eos pro retinendis rebus suis *occidere* quis possit, quaeritur? Et videtur dicendum, juxta communes *moderantibus inculp. tutela* regulas, tunc posse occidi injuriosos executores, quando non tam *attentatio amplius rerum, quam persona*, sive ipsius possessoris, respicitur. vid. Tabor in *armamentis de abus. armat. r. 5. §. 26. seqq.*

§. XVII.

Executionis *species* quaedam est *Arrestum*, Gail. d. *arrest. c. 1. n. 10.* maxime illud, quo *res* debitoris extra jurisdictionem judicis arrestantis *dimoveri* prohibentur, donec rationi impositionis satisfactum fuerit. Arresta quidem *regulariter* prohibita, statuant Dd. Mynf. *resp. 66. n. 14. Dec. 7.* atque a judicibus peritis non praepropere ac indiscrete decerni, sed *ex causa* tantum *urgenti* adhiberi volant, si spes deficiat, juris sui *aliter* consequendi. Carpz. L. 4. R. 38. n. 1. & 2. *Sugillus* enim atque *immittit existimationem & famam desentio*, non consueta nisi contra *morosos & decollos* fidei debitores, quorum nomen omnis vir bonus reformidat. Unde *magna injuria* instar haberi, & *ignominiam irrettractabilem* esse, dicit Coler. d. *Proc. Execus. p. 2. c. 3. v. 154.* praesertim inter *mercatores*, quorum substantia in fide & bona opinione haeret, Nevizan. *conf. 52. n. 8.* quam saepe uno arresto *eversam* aut *infractam* esse, per exempla testantur *magnae auctori-*

noritatis Viri. Pro im ob arrestationem *maligae factam*
sem adversus arrestatorem, quam adversus *judicem*, actio
injuriarum competit. *Mev. d. arrest. c. 23. n. 31.* & ille quidem
 etiam in *factum* actione, ubi de *dolo & malo* animo non fa-
 tis constat, tenebitur, ad praestandum id, quod *interest*, tum
 ratione *damni* accepti, tum ratione *lucris cessantis*. *Peck. de*
jur. fist. c. 18. n. 4. Plane si palam & *notorium* sit, (alias enim,
 ubi id non profus certum est, periculosum foret, talia su-
 scipere. v. *Pek. d. Tr. c. 31. n. 8.*) *injustum* esse arresti decretum:
 non erit: quis obligatus ad illud *recipiendum*, vel receptum
valerandum; sed optimo jure domo arrestantem *expellere*,
 aut sigilla v. c. ab eo posita *respicere*, resque suas *subtrahere*
 poterit: & *manifesta* injuria arrestationis *eximet* eum a
 poena violati arresti; cum hoc *violatum* dici nequeat,
 quia *nullum* est. *Mev. d. Tr. c. 24. n. 27. seqq.* Idem juris
 est, si iudex absque *ulla causa* spreta *iduae* *facundatione*,
arrestum relaxare velit. Cum enim *seducitate* ista su-
 perveniente, *ipso jure* arrestum *cesset*. *Frid. Mind. L. 1.*
c. 42. n. 1. hinc impune res arrestatas *transferre* licebit. Il-
 lastr. *Dn. Praeses de gravam. extrajud. p. 321.* Extra ejus-
 modi casus autem si quis arrestum *legitimum* *recipere* re-
 fractarie tergiversetur, aut *receptum* sine *justa causa*, velut
incendio, *ruina*, *incurfione latronum*, *similive* neces-
 sitate, aut *gravioris periculi metu*, *Coler. de Proc. ex-*
cat. p. 1. c. 8. n. 93. *Boër. Dec. 215. n. 22.* *temerare* ausus fue-
 rit, poena *violati arresti* tenebitur: quem praeter praesta-
 tionem *interesse privati* arrestantis, quandoque in *mul-*
ta *arbitraria*, quandoque in *proscriptione* sive *banno* con-
 sistere, ostendit *Mev. d. Tr. c. 24. num. 11. seqq.* ubi & de
coercitione eorum, qui scientes prudentesque illos, qui-
 bus arrestum *pondus* quidem *impositum* est, *inimicere*

tamen norunt, faciunt *effugere*, aut *occultari*, ut ipsis id imponi & intimari non possit, *n. 43.* aut qui *jam* arrestatis quocunque modo *opem præbent*, quo arrestum legitime impositum *fallant num. 37.* Assimilatur aliquantum arresto, v. tamen Coler. *Proc. execut. p. 3. c. 11. n. 54. seqq.* ac speciem executionis veluti cujusdam & ipsa facit *Sequestratio*, Curt. *de sequestr. n. 75.* qua res *litigiosa*, sive mobilis, sive immobilis, ex jussu magistratus *deponitur*, etiam parte invita, penes officium vel ædem publicam, vel penes manus alicujus *Commissarii*, ut finita controversia victori cedat. *Executionis species* quædam dum vulgo audit *Sequestratio*, hinc facile pater, eam *regulariter* esse prohibitam: quippe quod primum *convinci* quis, & sic demum ad præstationem ejus, ad quod jure *teneatur*, *compelli* debeat. *l. un. C. de prohib. sequestr. pec.* (in qua pecunia verbum in ea accipitur significatione, quæ est in *l. 178. pr. & l. 222. ff. d. V. S. l. 2. C. de constis. pecun.*) ab executione autem *initium* fieri *l. 1. C. d. exec. rei jud. ac possessio* ejusque commodum absque sufficienti causæ *cognitione* eripi aut *turbari* nequaquam possit. *c. 1. ut lit. pend. Valasc. Dec. 191. n. 3. Klock. conf. 135. n. 238. seqq.* Secus, contra injuriam judicis, quovis modo, etiam per viam *facti*, sua defendere ac conservare integrum est, sine metu peccati ullius vel *pænæ*. Lancell. *p. 2. de attent. c. 4. limit. 13. Klock. conf. 168. n. 1. seqq.* Quanto magis autem jus hoc locum habebit tunc, si *judex primæ instantiæ* sequestrum injicere parer; non attento, quo per *appellationem* manus ita habeat ligatas, ut sine *attentari* vitio, quod *resistendi* licentiam inferre supra evictum est, quicquam suscipere nequeat? de quo casus est in terminis ap. *Mev. p. 5. Dec. 307.* Ulterius, quando *causa* quædam existere dicun-

dicuntur, a Dd. passim & Comment. *ad T. C. d. prohib. pec. sequestr.* & *T. x. de sequestr. poss. & fruct. recensitæ*, ex quibus sequestrationem licite decernere valet iudex: hoc ipso innui apparet, quod ea nunquam sine causa cognitione fieri debeat. Wesenb. *conf. 7. num. 7. Coler. de Proc. execut. p. 3. c. 11. n. 60. & 74.* Hac enim non adhibita, sequestrum nullum est, Clud. *de sequestr. n. 13. & 14.* & ut contra *juris ordinem factum*, non solum *cassari* a iudice & *aboleri* debet; Gædd. *ad c. 1. x. d. sequestr. poss. n. 132.* sed & a parte impune *contemni* potest, ac licite *repelli. arg. l. 5. C. d. jur. fisc.* Alias vero, ubi in casibus *jure permittit*, præmissa sufficienti causæ cognitione, *mode legitimo* Sequestrationem decernit iudex, atque hoc decretum suum exequitur, non potest non pars ei obtemperare, ac sequestrum *admittere.* Secus, legali *pæna*, v. c. *jure Can. excommunicatione, clemens. un. d. 1. d. sequestr. poss.* Civili autem, *multa dictione, l. un. ff. si quis jus dic. non obtemp.* aliisque tuendæ jurisdictionis modis, LL. *proditis eo compelleretur.* Gædd. *ad clemens. d. n. 81. seqq.*

§. XIII.

Ipsi quandoque *parti* executionem quasi sententiæ permittit iudex, Alexand. *in l. juste. n. 27. ff. d. A. vel A. P. Angel. in l. 14. §. 17. ff. d. furt.* idque vel maxime tunc fieri censetur, quando *victorem* in bona *victi* immittit. Quo casu, cum omnia quantumvis a *privato*, attamen sub *autoritate publica*, peragantur; non licebit *condemnato* quidpiam *vi dolove l. 1. §. 3. ne vis fiat, qui in poss. miss. moliri*, quo alter aut *venire in possessionem* impediatur, aut *adeptum quiete retinere* nequeat. Secus, siquidem *immitti quis impeditus fuerit*, LL. *eum habent pro realiter*

liter immisso l. 12. §. 2. l. 13. de reb. autor. jud. poss. Et præterea, ut remedium existeret legitimum (privato enim licentiam concedi, resistente altero, vi ingrediendi, periculosum nimis videtur, ob facilitatem excessus ex favore propriae causæ. Coler. p. 1. Proc. Execut. c. 5. n. 99. 105. Plane de pacto, possessionem vi intrandi, invalido, v. Noak. d. transmiss. c. 39. §. 26. Seacc. de judic. L. 1. c. 62. num. 28.) quo adversus temerarios decreti judicialis contemtores missionem cum effectu tueri liceret; Prætor summa providentia interdictum novum, (quoniam præcedens illud, uti possidetis, non poterat ad eos, qui ex priore judicis decreto mitterentur in possessionem, ullo modo extendi) l. 3. §. 8. uti possid. proposuit, ex quo læso plene prospiciatur. Potest nimirum talis vel officium illius judicis, qui immissionem decreverat, implorare; & tunc extra ordinem, vi potestatis publicæ, inducetur in possessionem, multa dictione, vel per officiales; nonnunquam etiam per manum militarem. l. 3. ne vis fiat ei. &c. non obstante l. 1. §. 2. si vener. nom. mul. quàm de eo accipit Millig. qui dolere venit in possessionem, sed nondum restitit Prætoris decreto. l. 20. ad Don. c. 6. lit. G. nec l. 1. C. d. offic. milit. jud. ubi non vetari omnem omnino executionem militarem, sed tantum militarium judicium, ait Id. l. 6. Ver. actionem et edicto adversus eum, qui vi dolere malo, l. 1. §. 3. ne vis fiat ei &c. tam suo quam alieno nomine l. 2. d. si prohibet vel e. possit, infra annum; (vid. tamen l. 1. §. 8. & l. 17. §. 27. §. 3. de damn. in f.) intendendo, agere licet in rem, quantum interest actoris, possessionem habere: cujus affirmatio ex causa, ob quam quis missus est, l. 1. pr. §. 1. & l. 1. §. 2. d. si ne vis fiat &c. desumitur: (negantur scilicet si possessio quoque tanquam potuit affirmari, quantum est de jure, si e causa

mis.

missionis: si namque debitum esset *centum*, possessio vero in *decem*; debitor decem solum consequitur ex hoc interdicto. *Zasl. n. 1. ad d. l.*) Non autem tenetur ex hoc Edicto ille, qui ideo possessione quem arcuit, quia *rem suam* putabat, vel *sibi nexam*, vel certe *non esse debitoris*; *l. 1. §. 4. d. r. & ita absque dolo malo: d. l. 1. pr.* ut tamen non excusetur, quando id *ignorat*, quod *sciunt omnes*; ceu *d. §. explicat Petr. Barbof. ad l. si mora. in pralud. n. 10.* Neque etiam locum habebit edictum hoc in eo, qui prohibuit aut expulit illum, qui ob *petitionem falsam* (*manifeste sc. talem: alias secus dicendum videtur, arg. l. 3. §. 4. d. Carb. edict.*) *missus est: Mind. de interd. tit. 9. n. 28.* aut eum, cui immissionem permisit iudex, non *attenta exceptione*, quæ actioni illi obstabat: *Menoch. rem. 1. resin. poss. q. 2. §. 3.* (nisi forte causa immissionis sit *principalis*, ita ut missionem ante omnia fieri oporteat: vel *exceptiones non liquida*, sive *ulteriore* requirant indaginem, immissio autem *favorem presumptione*ve juris habeat, atque ideo non debeat *retardari*. *Frider. d. r. 9. n. 30.*) Hisce enim casibus cum missi *revera nihil* intersit, ideo nec potere quicquam per edictum poterit; & in *l. 11. ff. d. A. vel A. P.* aliisque similibus, asseritur quidem, *autoritatem iudicis parare justum* possidendi causam, ut nimirum pro *assensato* quid haberi nequeat; *Mev. p. 4. dec. 394. n. 1.* non vero ibidem *mendacium* partis per eam suppleri dicitur. Is enim, qui *mentitur*, nihil exhibet iudici, quod *sequatur* decernendo; consequenter, non valere potest decretum; sed perinde censi debet, ac si a iudice nunquam emanasset: quia *fundamentum* ejus non est in *rerum natura*: *Oldendorp. cl. 2. tit. 6. in defens. vel convent. Frider. de process. L. 2. c. 13. a. marg. 14.*

§. XIX.

Succedit iudicium *Criminale*, quod *inquisitionem* tum *generalem* tum *specialem* sub se. continet. Illa huius viam sternit, & quandoque solum ratione *personæ*, quandoque etiam solum ratione *causæ* talis est. Illostr. Dn. Præses *in an. ad J. Can. T. de accus. q. 7.* Refert huc Brunnem. *c. 4. proc. inquisit. n. 16. Persecutionem domesticam*, (licet interdum & in *speciali* adhibeatur. Id. *c. 8. m. 2. n. 13.*) quæ cum & in se licita sit, Lipold. *in discurs. von der Haussuchung, c. 2.* & in *jure nostro* fundata, §. 4. *J. de oblig. quæ ex del. l. 1. §. 2. ff. de fugitiv. l. 8. C. ex quib; caus. infam. irrog.* ideo eadem quoque frui debet *sanctimonia*, qua alias ea, quæ potestas publica suscipit, gaudere notum est. Hinc si *res* investi- gari velit in ædibus illius, contra quem *indicia* adsunt, licet *levia*, qualia in inquisitione generali sufficiunt. Illostr. Dn. Præses *in An. ad Struv. T. d. quæst. 1b. 100. juste* hoc fiet, nec debet iudici perquirenti resisti. Marf. *Pract. Crim. §. diligenter.* Farin. *q. 165. n. 30.* Gail. *I. O. 17. n. 8.* Secus, iste contra *invitum* seu *reluctantem armata manu*, aliave ratione, jurisdictionem suam tuebitur. Chassanæ. *in Consuet. Burg. tit. de just. §. 1. n. 85.* Idem juris esse offerunt tunc quoque, quando *nulla* quidem adsunt *indicia*, utilitas autem *publica* persecutionem urget. *arg. l. 6. C. d. aqueduct.* Gilhaus. *A. J. Crim. de furt. n. 21.* Ubi vero & hæc cessat, & in dominum *nulla* cadit suspicio, *illicite* & *de facto* fiet investigatio, cui impune resisti poterit; In *dubio* tamen admittendam, tutius censent. Ad *persecutionem* hanc referri quodammodo poterunt ea, quæ *Tabor* proponit de potestate, quam Officialis habent, *perquirendo* sub pallio eorum, quos *suspectos* ducunt, num res prohibitas, v. c. arma, portent. *in Armament. de exar- mat.*

mar. civ. c. 7. §. 14. & Dec. L. 8. c. 3. n. 53. Quodsi *ba-*
minem in ædibus alicujus perquirat iudex (qui casus ad
specialem quidem inquisitionem pertinet, non tamen in-
congrue forte hic explicabitur) multo magis hoc *con-*
cedendum est. *l. 2. C. de serv. fugit.* quippe quod exinde
fama patrisfam. non delibetur : cum etiam *citra ejus*
culpam delinquens in ædibus latitare posset. *Brunnem*
ad l. 1. ff. de fugitiv. Extendunt hoc *Dd.* ad uxorem,
quam si aufugerit, apud *studentes* queri posse, docet *Si-*
chard. *ad l. 2. C. de serv. fugit.* quamvis merito dubitent
alii, an hoc, si *nullæ* adsint præsumptiones, sine *injuria* stu-
diosi procedere queantentum ideo, quoniam *suspiciari* quis
posset, cum *familiariter* cum scæmina vixisse, & sic
maritum causam habere, uxorem suam apud illum que-
rendi. *Cistas* autem omnes &c. absque *urgentissimis*
præsumptionibus referare ac perquirere non debet iudex;
alias recte repelletur : cum maxime dorum & *inbuma-*
num sit, compelli ad publicationem rerum familiarium,
& *paupertatis* detegere vilitatem, vel invidiæ exponere
divitias. *l. 2. §. quid enim. C. quand. & quib. quart. pars*
deb. Perscrutatori domesticæ, *hominis* causa factæ, com-
mode adjici poterit *inquisitio*, quam ob præsumptionem
infanticidii suscipere jubet *Ord. Crim. art. 35. & 36.* Ni-
mirum si persona sit ejusmodi, in quam ob *vitam anse-*
astam, moresque scæmineo sexu *indignos*, suspicio cadere
jure meritoque possit : *art. 35.* illa non *inspectionem* so-
lam scæminarum prudentum, sed & *sactum*, *Illustr. Dri.*
Stryck. de jur. sens. diss. 1. c. 1. n. 49. seqq. pari debet. Se-
cus, cum per talem processum *fama* honestæ puellæ ni-
mium quantum labefacteretur, obstetrices ad investigan-
dum missæ domo *expelli* poterant : Sicut & sine dubio
iudex,

judex, qui ipse de facto obstetricis munere vult fungi.

§. XX.

Specialis inquisitio incipit, quamprimum ad *citacionem* rei devenitur. Illustr. Dn. Præses in *An. ad Struv. de accus. p. 485.* Est autem hæc vel *verbalis*, Carpz. *III. q. III. n. 38.* vel *realis*. De illa amplius quid dicere superseodemus, & huc repetenda videntur, quæ superius de in jus vocatione dicta sunt. *Citationem realem* decernit judex, quando pro *arbitrio* suo, *l. 1. ff. de custod. & exhibit. reor.* ex idoneis *indiciis*, de quibus Carpz. *q. cr. III. q. 10. seqq.* Theodoric. *c. 4. Crim. apb. 10.* colligit, eam esse *necessariam*. Et tunc reus *legitima* capturæ resistere non potest. Moder. *in qq. Crim. L. 1. q. 32. n. 86.* Verum, si quidem in *domo* sua refugium quærat, & ostia claudat, licet apparitoribus, istis effractis, Farin. *q. 27. n. 39.* illum inde vi *extrahere*. per *gl. in l. nemo domo ff. d. R. f. Christine. ad Stat. Mecblin. tit. 1. art. 31.* non obstante. *l. 12. d. in jus voc.* ubi vid. Brunnem. (qui tamen, quando eo casu, quo *persona* partis necessaria videtur, extrahi quem e domo posse negat, *praxin* sibi adversam habere dicitur. Illustr. Dn. Præf. in *Comment. de in jus vocand. p. 277.*) Quodsi is cum *violenſia* quadam se defendat, & justam vim satellitum *l. 13. §. 1. ff. de injur.* manu eis illata propulsare velit: licet apparitoribus resistentem non solum vi coercere, implorato *presentium* auxilio, qui opem ipsas ferre tenentur, Perez. *in C. d. cohort. princip. n. 11. ac virſum ad carcerem rapere*, Obrecht. *de necess. defens.* ut pœnas refractariæ mentis luat; (si tamen *excipiens*, quod indebite caperetur, restitisset, puniri ob resistentiam non debet, antequam exceptio illa *excussa* fuerit. Ludovicus

cus a Peguera. *quæst. 9. per tot.*) sed etiam, si aliter ad capturam devenire nequeant, vid. enim *Grammat. Dec. 41. in fin.* quin offendantur, capiendum (etsi pro debito tantum civili, *Amand. in Tr. de Syndicat. n. 100.*) vulnerare offendere, imo & occidere permissum est. *Jodoc. in pract. crim. c. 15. n. 27. & 28. Clarus q. 29. in pr.* (& tunc, si in scelere deprehensus, se ipsum defendens, interfectus fuerit; sepulturam ei denegari, asserit *Lancell. Inst. de sepulc. §. 14.*) dammodo hoc cum moderamine inculpatæ tutelæ fiat, (ut tamen ex mente *Carpzov. I. crim. 27.* apparitor reum sibi resistentem incaute occidens, relegatione solum puniatur; quippe in re licita versatus. *c. 8. x. de homicid.*) regulato secundum qualitatem offensionis, in ipsa pugna sive concertatione. *Fachinæ. 9. Controv. 72. Obrecht. d. Tr. c. 6. num. 45.* Quare manibus solum propugnantem non possunt offendere birruarii instrumento quodam leibali, vid. tamen *Imol. in l. ex consensu. §. cum qui. ff. de appellat.* neque fugientem tantum & nullo manuali actu se defendentem vulnerare aut interficere; *Farinac. q. 32. num. 44. Fachin. L. 9. controv. 74.* sub pœna coercitionis extraordinaria: *Grammat. dec. 41. fin. Clar. L. 5. recept. sent. q. 29.* nisi, ut fontem vivum vel mortuum caperent, in mandatis haberent; *Farinac. l. c.* qualia tamen mandata effreni isthuc & ex tribu levi descendenti hominum generi, v. *Peck. de jur. sist. c. 18. n. 3.* non nisi gravissimis de causis danda sunt: *Obrecht. d. Tr. c. 6. n. 49. in fin.* aut fugiens inpune possit offendi, ex dispositione juris sive statutorum. *Scacc. de judic. L. 1. c. 93. n. 2.* Ulterius, nec ipse poterit se vi e manibus officialium eximere, nisi pœnam incurre velit arbitrariam, ac eandem, quam luunt aufugientes e carceribus. *Moder. q. 32. crim. L. 1. n. 3. & 26.* Nec

sertius quidam captum inde *liberare* valebit; Peck. *de jur. fist. c. 26. n. 1.* (sicut nec *notificatione* sua capiendo ad fugam causa esse debet. Marf. *sing. 137. & in rubr. de fidejuss. n. 16.*) nisi variis pœnis obnoxius esse cupiat. Sic enim si captus ob *publicum* vel *privatum debitum* violenta familiae judicis eripiat, *bisariam* tenebitur. *eximens*. Primum *creditori* ad debitum solvendum: *l. 3. C. de exact. trib. dein judici*, qui ob turbatam jurisdictionem suam potest punire *eximentem* pœna *pecuniaria*, secundum jus & qualitatem *magistratus* sui. Menoch. *conf. 230. n. 83. conf. Eugenius conf. 31. n. 38. seqq.* Quod si quis violenter *exemriteum*, qui de *crimine accusatus* quidem sit, nondum tamen *confessus* aut *convictus*: puniendus est, alias *ultimo supplicia*, alias *decem libris auri*; sicut & ille, qui *latronem* aliusve *maleficii reum* sciens *repperit* vel *occultaverit*. vid. tamen Gail. *d. P. P. 2. c. 10. n. 16. 20.* variante nimirum pœnam, in hujusmodi *factorum speciebus*, qualiter *personarum & causarum l. ult. C. d. malefic. l. 1. C. de bis qui latr. l. 1. ff. de receptat.* At vero, ubi non *adsunt* contra reum *indicia*, *captura* fieri nequit; ac si suscipiatur, *nullo* est, adeo, ut nequidem per *subsequentem probationem* justificetur: *Gloss. in l. pen. ff. d. quast. & judex non solum injuriarum tenebitur*, Mynf. *cent. 5. obs. 69.* aliasque *panas* luet, de quibus *Farinac. q. 27. n. 135.* sed & de *facto* ei *resistere* permissum erit. *Socin. reg. 442. fallentia 2, Maran. in suis disp. disp. 1. n. 36. Moder. in qq. Crim. L. 1. q. 32. n. 100. 118. seqq. convocatis* quoque ad id *amicis*; *Bart. in l. 3. C. de jur. fisc. quin & stipendiariis conductis*; ut quidem vult *Seraph. de Seraph. in tr. de privil. juram. privil. 132. n. 43.* propterea, quoniam *captura* gravem *jacturam famæ* infert; ac *irretractabile præjudicium*: *Salicet. in l. cum qui duos. C. de adul-*

adulter. etiam in civilibus, Dec. conf. 63. quod & causa est, eur in eo quoque casu, quando dubia est prehensionis injustitia, personæ honesta jus resistendi concedant Dd. Si quis autem sine legitima præcedente informatione de facto jam fuerit captus, statim relaxari debet sine ulla impensa; Boss. de captura n. 4. nisi notoria & plene constaret, quod denuo esset carcerandus. Scaccia de judic. L. 1. c. 94. num. 1. Quin & a tertio licite eximi captum ex notoria injustitia, docet Luc. de Penna in l. quoties. n. 7. in fin. C. de exact. tribut. Boss. de captur. n. 5. Et 7. Peck. de jur. fisl. c. 24. n. 4.

§. XXI.

Capturam sequitur ut plurimum incarcerationio, e qua si absque imminente necessitate, non imaginaria, incendii, famis, pestis &c. (alias enim secus est. C. I. A. de effractor. §. 6. num. 4.) fuga sese liberare velit is, qui juste detinetur, peccat tam in foro conscientia, Valer. in different. for. jud. Et conscient. voc. defensio. quam exteriori, quod illum quidem tanquam semi plene convictum habet, Jaf. n. 158. Ripa n. 168. in l. admonendi. ff. d. jurejur. atque si per negligentiam commentariensium evaserit, lenius punit. l. au. pr. ff. de effractor. Si vero conspiratione facta cum cæteris, qui in eadem custodia detinentur, ruptis vinculis vel effractis foribus eruperit, jure Justiniano (ex usu enim fori Carpz. pr. Cr. 3. q. III. n. 96. sententiam obtinere censet Illustr. Dn. Præses in au. ad T. de effractor.) nullo habito respectu ad crimina, quorum reus arguitur captivus, l. pen. ff. d. cap. Rod. Et exhib. reor. ob violationem loci publici mortis pena coercere potest: ut tamen mistior obtentura sit pro ratione circumstantiarum. Illustr. Dn. Præses l. c. Tertius autem eripiens incarcerationatum potest quandoque, quibusdam requisitis concurrentibus, puniri tanquam reus criminis

nis laesa majestatis. Moder. L. 1. quæst. cr. 30. n. 22. in f. & 34. In-
debito vero & non servato juris ordine carceri (ignominie
sane irretractabili, quæque facile aboleri nequit, Wesenb.
p. 2. conf. 57. n. 9. Rauchbar. p. 1. q. jur. Civ. & Sax. q. 148.
n. 8.) mancipatus, si occasio commoda se offerat, cause aufu-
gere non potest solum, Perez. ad C. d. custod. reor. num. 16.
(talique ad fugam cooperari licere statuit Gratian. in discreta
forens. tom. 5. c. 801. n. 26.) absque poena confessi, Roland:
a Valle conf. 7. n. 47. Covarruv. L. 1. var. resolut. c. 2. n. 2.
sed & quandoque debet. Farinac. q. 30. n. 50. Neque ad
carceres redire obnoxius est, etiam si jurasset, se rediturum,
Gl. in clem. Pastoralis. de re jud. Covarruv. d. c. 2. n. 7. si ni-
mirum prævideat probabile & verisimile periculum mor-
tis, quod rediens incurrere posset. Far. q. 30. n. 134. At vero
injuste detento pro liberatione sua carceres etiam effringe-
re liceat, Qu? Affirm. Hippol. de Marf. §. attingam. n. 38.
Peck. de jur. fist. c. 24. n. 4. alique ab eo citati; & l. pen. ff.
de custod. & exhib. reor. de eo casu, videtur accipiendus, quo
carcerem quis frangit, cui juxta formam debitam, quam-
vis innocenter, ut ex post facto apparuit, est impactus; ad
incarcerationem vero notoria injustum. l. c. dispositionem
nequaquam pertinere, censendam est. Quia immo si quis
supplicium imminens certum aliter effugere nequeat, com-
mentarienses & custodes carceris licite occidi, largiuntur,
arg. l. 1. d. hon. cor. qui ante sena. Hippol. de Marf. in §. dili-
genter. n. 56. §. attingam. n. 40. Peck. de jur. fist. c. 24. non
obstante illorum innocentia, quippe quod innocentem quo-
que, qui fugam aut defensionem meam impedit, transse-
di posse aut obteri, constat apud Morlium Dd. Hlaster.
Dn. Preses in Comment. ad ff. d. 1. & 1. §. ult. p. 32. Citatum
aut in vincula conjectum exemitat judex; quæritus re-
spon-

sponsonem ne de negat, nec mentiat: c. omne genus. 22.
 q. 2. adversus coactiorem nolemem varia prostant remedia,
 quibus veritas rei investigari potest. Tortura *subsidiarium*
 aliquod est, tunc demum legitime adhibendum, quan-
 do *alia via non restat*, qua *verum erui queat*, & quando
idonea satis adesse indicia, (de quibus v. Carpz. 3. q. 120. seq.)
 cognovit Collegium *JCoorum* desuper consultum, innu-
 ente passim *Ord. Crim.* Quodsi vero *nullis* indicis præ-
 cedentibus *tortura velis imponi*, de facto resisti poterit.
 l. 33. C. d. decur. Marf. L. 1. in pr. n. 33. quod & *ia dubio* ve-
 rum esse videtur, quoniam per *torturam grave ac irrepara-
 bile præjudicium & corpori & existimationi inferitur*; Bocer.
de tortur. c. 3. v. 7. maxime postquam *moribus nostris* enim,
 qui *carnicis manu, licet innocenter, tractatus est*, pro *ma-
 cule nascere* habent: prout ex *Tabore* refert, atque difficile
 effugit, ut *diversam obtineat*, nil admodum juvante *in-
 usu publico* &c. l. 22. d. *his qui noc. infam.* Illustr. Dn. Præses
in An. ad T. ff. de his, qui noc. infam. Ubi autem quis *ibi
 legitimam ejusmodi questionem jam fuerit perpeffus*: illi
 varia competent *remedia judiciaria*, quibus *injuriam sibi
 illatam, dolores, fuitus & damna*, reparare queat: v. *Tabor.
 ad art. 20. Ord. Crim. ib. & seqq.* quis & *islem*, si *judicem
 occidet*, pœna *mortis* poniendum non esse, vult *Hipp. de
 Marf. n. 455. & in pract. §. diligenter. n. 38. Confessio carnis,
 quam forte metu tormentorum fecit*, ei non *præjudicabit*:
Alex. L. 2. cons. 44. v. 3. seq. Myul. 5. Q. 23. utpote quæ *nulla
 est*, & *proinde pro non facta* haberi debet. *Tab. l. a. tit. 6.*
 An autem neque tunc *convalescat*, quando post *legiti-
 ma* indicia *superveniant*? v. *Eund. ib. 7.* Sequitur *tan-
 dem in judicio Criminali Sententia*, quæ *Collegium quor-
 dam JCoorum ex actis, juxta Ord. Crim. ed. se. transmissis, in
 confessum vel convictum concipit*, & *judex* dein *execu-
 rioni*

tionem mandat. Atque hæc si *justa* sit, ipse quidem *punitus* placide vitam ex Reip. lege, quam subit, supplicio submittere tenetur. Illustr. Dn. Præses in *Comm. ad ff. d. I. & d. p. 33.* in tantum, ut licet nullius criminis reus sit, de hac vero *innocentia* nec *judici*, quantumvis pro *indaganda* veritate omnem moverit lapidem, nec *cuiquam* alii, constare possit, ut, inquam, ne in tali quidem casu *resistentia* sit permessa; sed potius *justam* magistratus offensionem, tanquam aliud *infortunium* pati, & rem suam Deo, æquissimo & perspicacissimo *judici*, commendare oporteat. Thom. 2. 2. q. 69. a. 5. Sot. L. 5. de *just. q. 6. a. 4.* Multo minus ergo *tertio* cuiquam licebit executionem sententiæ criminalis *impedire*, caputve noxium publicæ vindictæ *substrabere*. Hinc qui confessos *damptosve* de manibus *justitiæ* *eximunt*, eos *crimen læsæ majestatis* committere dicit l. 4. pr. *fin. ad L. Jul. maj.* (quem *rx. Gothof. in not. de eo accipit*, qui *majestatis reum*, cum ad mortem duceretur, *exemit*: vid. tamen *Gig. in Tr. de Crim. læs. maj. L. 1. r. qualiter & a quib. crim. læs. maj. committ. q. 58.* Alii de eo intelligi volunt, qui aliquem ab *executoribus Principis* eripuit; secus si ab *inferiorum*. Wefenb. d. *effractor. n. 1. & d. cust. & exhib. reor. n. 5.*) *Farinac. q. 32. n. 2. Joh. Aloyf. Riccius coll. dec. 586.* Quod vero *Clarus §. fin. q. 29. n. 5. fin.* refert de uxore quæpiam, quæ *maritum* capitis damnatum *exemerat* manibus *satellitum*, *definitivam* ferrè sententiam *Senatum* distulisse: id forte ideo factum, quia *conjugalis affectus* eam *quadante-nus excusare* putabatur: cum & alias alia *facti causa* certam *delicti speciem* removeat. l. 39. ff. d. *injur.* Quam autem aliquibus in loci ajunt esse *consuetudinem*, qua *mulieri* vel *puelæ*, etiam *meretrici*, ad *nuptias* postulanti eum, qui ad *supplicium* ducitur, eundem *eximere concessum* sit, Dd. *relati a Claro d. §.*

*d. S. f. q. 98. m. 6. eam iustitia parum congruere puto; ut
 pote quæ delicta impenita esse non sinit. l. 95. §. 1. vers. sa-
 ne. ff. de solut. l. 3. C. de episcop. aud. vid. tamen B. Straviam
 in Syntagm. ad SC. Turpil. rb. 90. n. 4. ut merito ea impu-
 gnetur a Schneidew. ad rubr. l. d. oblig. qua ex del. Atque
 ex his facile quoque colligi potest, quid habendum sit de
 illo jure, quo is, qui ad supplicium ductus forte fortuna ob-
 vium habet *Cardinalem*, vinculis exui illico & a *pœna im-
 munis* esse juberetur. Just. Oldekop. tit. 5. obs. Crim. 4. eo quod
 in Cardinalibus tota fere *majestas* Reip. P. resideat. Clar. 5.
 sent. §. ult. q. 98. Digna omnino fuerat *doctrina* hæc, cui
 tam lapide tamque argute *illuderent* Magdeburgenses, de
 quo Richter in axiom. Polit. exemplo u. Jure sane *Justinia-
 neo* expresse cautum erat, ne *synoditæ* h. e. cænobitæ, vel
 alij *Clerici*, supplicio addictos eriperent, aliterve vindi-
 ctam scelerum impedirent. l. 6. C. de episc. aud. Et in Ord.
 Crim. art. 103. Carolus V. monet Patres *confessionarios*, ne
 ponendos incitent ad *revocanda* ea, quæ de se vel aliis
 antea erant confessi. Carpz. pr. Cr. q. 137. n. 86. seqq. Got-
 mez. L. 3. resolut. 1. 13. num. 31. Formaliter vero injustam
 sententiam iudex non potest exequi, (adeo, ut qui *inju-
 ste* aliquem ad mortem condemnat, *pœna homicidii* in-
 volvatur. Damhouder. prax. crim. c. 70. n. 17.) Et si de
 facto id facere velit, condemnato non *fuga* solum sibi
 consulere licet, etiam sub ictu gladiiposito, Perez. in C.
 de custod. reor. n. 16. Verum etiam adversus irreparabi-
 le præjudicium, quod a iudice passurus est, sibi *per vim*
 prospicere. Tertius quoque periclitanti opem ferre
 potest; Regner. Sixtin. de Regal. L. 2. c. 13. §. 15. quin &
 tenetur. Carpz. q. 32. n. 12. seq. Atque in tali casu nul-
 lum dubium esse puto, quo minus, si *nullum* remedium*

adit, occidi queant *judex* vel *executores*: sunt enim isti tunc nihil aliud, quam *injusti invasores*, essetque talis, si mortem pateretur, sui ipsius *occisor*. Carpz. q. 28. n. 11. seq. Idem est, si *dubium* sit de *injustitia*. An & tunc, si *periculum membri* notabile metuitur? Sane, si constat, ex illa *lesione* accepti *mortem* sequi posse, & quis plane *evadere aliter* nequeat, puto *licitam* esse *occisionem* alterius. Groc. d. J. B. L. 2. c. 1. §. 6. ibique Boecler. Sed quid si *pœna* alia *corporis afflictiva*, v. g. *fustigatio*, exequenda, an & tunc *occidi* potest *executor*? Certum est in foro *exteriori* illum a *pœna immunum* esse, si non *omni*, *saltem ordinariis*. Carpz. q. 28. 29. An vero in foro *Conscientia* tutus sit, valde *debito*, nisi forte *certus* sit, per illam etiam *mortem* sequi potuisse. *Esset* enim tunc *defensio* hæc non *proportionata* *offensioni*, & *damnum* illatum *reparari* quodammodo *posset*. Facit l. 22. ff. d. *his qui not. inf.*

§. XXII.

Magistratum, qui *juri dicundo* præest, in se & *principaliter* vidimus hætenus. Nunc idem in *ministerio* spectandus venit, tum *cognitionis*, tum *executionis*. Illo funguntur juxta *Actuarios* ac *scribas* *Notarii*, qui *judices chartularii* alias audiunt l. pen. C. de SS. *Ecolof.* l. ult. C. de *numer. Actuar.* & *Chartul.* etque *privilegiarii officii* sui principium ab *Imperiali culmine* traxerunt. Roland. Fr. *notular.* c. 1. *Chastane. in catal. glor. mund. p. 1. confed. 19. f. 222.* Ob *publicam* igitur, quæ beneficio *Principis* polleat, *auctoritatem*, in *exercitio officii* sui, a nemine *impediri*, *offendi*, *ullo damno affici*, *detinerive* debent. *Contra facientes privilegia* eorum *violant*, eademque *adversas* se *parata* experimuntur *remedia*, quæ in *violatos Commissariarum* competere *superius* diximus. Nam & *Notariis*

nis, munera potestatisque sua perfunctibus, illata in-
 juria in *Principem*, qui eis id munus demandavit, potesta-
 temque illam dedit, radander necesse est. v. in specie de
Notariis Cameratis immatriculatis Ord. Cam. p. 1. r. 49.
 §. pen. Quo autem hæc talia locum habeant, necesse est,
 ut de *qualitate* Notarius *constet*. Ea enim cum *notari-
 salis* non sit, non præsumitur; *Alex. conf. 57. n. 5. vol. 7.*
sed doceri debet, v. c. per *productionem* privilegii in for-
 ma publica notario dati. *Menoch. pras. 78. fin.* *Mascard.*
encl. 193. n. 5. Præterea cum *judicium chartulariorum* ju-
 risdictio omni magistratum jurisdictione *minor* sit, *Sym-
 phor. Cam. Gylm. tom. 3. verb. privilegium. p. 277.* atque *ter-
 ritorio & tornendi potestate* caret, *arg. l. 29. §. pen. de V. &*
nec nisi requisiti officium suum impertiri queant. *Nov. 44.*
c. 1. Afflict. Dec. 245. Rol. a Valle conf. 38. n. 4. Hinc *is-
 vito sese obstrudere* non potest Notarius; quin & plane,
 si proposito suo *immodeste* nimis inſtet, ac de facto se na-
 gociis alterius *inviti immiscere* velit nihil obſtare vide-
 tur, quo minus licite *talem de facto rejici* ſſeramus. Ul-
 terius debet Notarius *inſtrumento*, a se confecta, ei cu-
 jus *interest exhibere & communicare*, atque ſi ad facere
 recuset, *obſtanti juſte reſiſti*, imo *derideri* eum poſſe,
Peckius docet. Tr. de jure fiſſ. c. 4. n. 12.

§. XXIII.

Miniftras ad Executionem faciendam *munus præbent*,
 in *Civilibus*, *Apparitores*, *Nuucii &c.* *Apparitores*, ſimiles
 que his *officialis alii*, *judicis* *perſonam* tam diu *repræſenta-
 re* dicuntur, quam diu *ejus negaria*, ſibi *comandata*, & qui-
 dem *eo nomine*, gerunt. Unde ſi quis *reſiſtat decreto* judi-
 cis, per *apparitorem* aut ſimilem *perſonam* *executioni* tra-
 dendo, non tam *apparitorem*, quam potius in *hujus perſona*
 H 3 ipſum

ipsum *judicem* contemnere, jurisdictionemque violare atque injuriam facere censendus est. *l. 3. ff. d. off. ejus, cui mand. est jurisd.* Alexand. *in l. 11. ff. de in jus voc.* Pap. *dec. 557. n. 1.* Peck. *d. jur. sist. c. 25. n. 2.* & in specie de *hostiariis Parlamenti Regii*, quod similiter ac *consiliarii* sunt in *protectione Regis*, tenet Boër. *dec. 207. n. 8. in f.* Id quod ex *identitate rationis* ad quosvis apparitores Principis, produci potest. Is igitur, qui ministris *justitiæ* resistit, quamvis hoc sibi licere putet. Petr. de Anchoran. *cons. 173. n. 6.* Ant. Gabriel. *comm. concl. L. 7. concl. 8. n. 86. extraordinem pro arbitrio judicis puniendus venit*: Hieron. Cagnol. *in l. 2. §. 15. non videtur. n. 17. si quis jus dic. non obtemp.* Farinac. *L. 1. tit. 4. q. 32. n. 7. & 87.* quia ob *turbasam jurisdictionem & injuriam* *judicio* illatam *pœna extraordinaria* delinquenti imponenda est. Boss. *pr. Crim. ris. de captur. n. 16.* Quod quidem *judicantis arbitrium* in quibusdam locis ad certam *pœnam* determinatum; in aliis autem provinciis *ad hoc liberum*, pro qualitate *circumstantiarum*, reperitur. Maxime vero *distinctio* facienda est inter *resistentiam simplicem & qualificatam*. Illam *jure communi* *arbitrarie* puniri, statuunt. Bart. *in l. si quis. 6. §. 1. ff. d. pen.* Dd. *in l. 1. C. ne quis in sua caus. jud.* Farin. *q. 32. n. 24. seqq.* Quid *jure Saxonico* obtineat, vid. apud Berlich. *p. 3. concl. 66. n. 16. & 17.* In *Burgundia* *pœnam* hujusmodi *resistentiæ* esse 65. solidos *Turonenses*, *Chassanæ*. docet *in Consuet. Burg. rubr. 1. §. 7. in pr. n. 14. & verb. de simple rescouffe. n. 3.* & in *Ducatu Mediolanensi* 200. aureos, aut si multandum tantum in *ore* non habeat, tres *funis ictus* decerni solere testatur. Boss. *tit. de capt. n. 18.* *Resistentiæ qualificata* *pœnam* non minus quidem esse *arbitrariam* concludant; ita tamen, ut *juxta facti ac personarum*

narum qualitates & circumstantias ad mortem usque *inclusivè* extendi, & criminali iudicio contra delinquentem procedi queat. *Clarus Pr. Crim. §. f. q. 35. n. 26. Farin. L. 1. t. 4. q. 32. n. 28.* Unde si quis apparitori, exequi quid, etiam in causa civili, volenti, *Berlich. p. 5. concl. 66. n. 16.* manu violenta resistat, ipsius gulam constringat, aut similem ei vim inferat: periculo se subijcit *perdenda manus*, aut alterius *pæna*, pro qualitate *impetus*, & *animi* ad nocendum avidi. *Damhouder. pr. crim. Farinac. l. c. n. 24.* Quodsi *vulnus* inflictum sit officiali, itidem pro circumstantiis *capite* damnari poterit delinquens: *Boër. Dec. 170. n. 5. Pap. Dec. 557. n. 1. Carpz. IV. 43. 1.* (tunc vero non tenebitur ad *insereffe*, cum per poenam corporis satisfiat & *iudici & parti.* *Heig. II. q. 23. n. 10.*) multo magis, si is non percussus solum, sed & *occisus* esset. *Obrecht. de necess. defens. c. 6. n. 46.* Et generaliter in hoc articulo notandam, *offensionem apparitoris gravissime esse puniendam*, quod ea res ad *publicam utilitatem*, *tuerendamque magistratuum jurisdictionem*, pertineat. *l. 176. d. R. 7. Ant. Faber. L. 9. t. 20. d. 6.* (quo loco iudicis *arbitrium ad graviores vel mitiores poenam infligendam*, ob *interventum certarum circumstantiarum*, delictum *aggravantium vel minuentium*, eleganter dirigit.) *conf. Clar. pr. crim. q. 29. n. 1. & 2. q. 35. n. 16. & q. 60. n. 18. Farinac. L. 1. crim. t. 4. q. 32. n. 6.* An autem iudex stare debeat *relationi ministri*, afferentis, se in officii executione per *resistentiam Titii v. c.* impeditum fuisse, queritur? *Pro negativa* per *l. 7. C. de accus. & inscript. de jure communi* concludunt fere communiter. *Pap. Dec. 557. num. 1. Berlich. p. 5. concl. 66. n. 8.* Quanquam enim alias officiali *publico* *credetur* in iis, quæ *officium* vel *juramentum* ejus

con-

concernunt, nisi *gravis prejudicium* inde inferatur: Si-
 ehard. in *l. persequens. n. i. C. de pign. Gæd. I. conf. tit.*
n. 56. tamen in iis, quæ ad *commissum munus* non perti-
 nent, fides ei non utique debet haberi; Ant. Faber *L. 4. C.*
1. 15. d. 26. & L. 4. t. 14. d. 38. nisi quod *Statutis* quorundam
 locorum aliud placuerit, v. jus Bavaric. *tit. 15. art. 17. & de*
Constitutionibus Ducatus Mediolanensis, Boss. pr. Crimi-
n. de captura. n. 18.

§. XXIV.

Cæterum *salvus* hætenus dicta, primum in appari-
 tore illo, qui sententiam *notoriam nullam* exequi vult. Huic
 enim cum *vim privatorum* committat, Ant. Faber in *C. L. 9.*
A. 8. d. 1. nequaquam *executionem* pariente *jussu* superio-
 ris, Parlador. *L. 2. rer. quot. c. fin. §. 7. Marp. III. conf. 3.* ut
 defacto possit *refræsi*, facultatem jura nostra largiuntur; ceterum
 ex *supra* adductis satis, ut patet, v. Paris de Puteo de
Syndic. verb. refræsi. a. 2. num. 3. Francisc. Marc. *part. 1.*
Dec. 72. m. 9. In specie, quod *vir honoratus*, qui in loco,
 ubi regulariter *hæret* est prohibita, ex privilegio *no-*
torio arma gestat; ministris magistratus, si *discingere* eum
 velint, resistere queat, casum vid. apud Taber. in *Armen.*
de legit. armor. us. c. 3. §. 2. Deinde quando dictum est
 superius, officialem *ramdium* representare magistratum,
 quem *hæc* negotia ejus, sibi *demandata*, gerit: inde fa-
 cile colligere licet, jura apparitoris locum non habere
 posse in eo, qui *sine mandato* judicis exequi quidpiam
 conatur: Faber *L. 7. C. 1. 20. d. 28.* Sic ergo si *capere*
 quendam velent satellites, *sine* magistratus jussu; (quem
odere teneant, quamvis solus ejus loci *insignia* portan-
 tens, & *nomen* ac *authoritatem* judicis obtulerit: An-
 Fab. *L. 3. C. 1. 18. d. 1.*) *notoria* id foret injustitia, cui
 vim

vin opponere concessum est. Boer. *Dec. 70. num. 2. f. Perez. C. Quand. lic. unic. fin. jud. se vind. num. 6.* (nisi forte talis casus, quo possint sine mandato capere, gloss. in l. fin. C. de exhib. reor. v. c. in flagranti deprehensum. Farin. q. 21. n. 137. Gail. I. O. 54. num. 3.) An vero & tunc resistere liceat, quando illi *mandatum* quidem *judicis*, sed non solita *insignia* habent? qu. Distinguit Scacc. *de judic. L. 1. c. 46.* inter locum eum, ubi apparitores non portant aliqua insignia: & tunc satis est, quod *ostendant* *mandatum*; atque illum, ubi *portare* solent: & tunc rursus distinguitur: Aut ibi *lex* aliqua *municipalis extas*, disponens, quod *teneantur* in exercitio officii eorum gerere insignia, & *alias* officium exercere *nequeant*: atque isto *casu* juxta dictam Bart. in l. *prohibitum. C. de jur. fisc.* capiendus resistens posset se excusando dicere, quod *ignorasset*, illos esse executores justitiæ. Aut non *extat.* & tunc officiali, habenti *justum* *judicis* in forma probanti, non est resistendum, quanquam *careter* insignibus illius loci; maxime si ab eo, contra quem exequeretur, esset *cognitus*; quando enim non esset cognitus, & probabiliter is, adversus quem exequeretur, potuisset *suspiciari*, illum non esse de familia *potestatis*, excusari eum, ac *mirus*, juxta *conjecturas* & *facti* *qualitatem*, puniendum censet Boer. *Dec. 170. n. 5. fin.* Porro, quodsi *mandato* quidem *magistratus* gaudeat apparitor, *limites* autem *executionis*, in eo expressos, *transgredi* querat, aut *temerarie* ac *perperam* exequendo, *avare* exigendo, aliterve intolerabiliter *graves*, optimo jure, etiam *armis*, resisti volunt. l. 5. C. de *execut. & exactor.* & Bart. *ad b. l. Mascard. de probat. L. 1. concl. 189. n. 26.* A. Faber. *L. 2. C. 1. 18. d. 3. n. 10.* De *magistratu*, quatenus is *super* hoc *ecessu* *teneatur*, Curia

Sen. Conf. 41. Carpz. 4. 43. 6. Atque in casibus hisce propositis, cum pateat, *legibus permittentibus* defensionem talem fieri: officiales eum, qui illa utitur, impune *vulnerare* vel *occidere* non possunt. Amad. Tr. de Syndic. n. 101. Grammat. Dec. 41. n. 2. & alii alleg. a Fariaac. 9, 32. n. 46. Illud plane pro indubitato habendum est; quod sicuti magistratui *extra territorium* suum jus dicenti licite obsequium denegatur, l. ult. ff. de *jurisdic.* ita nec apparitorum in exequando officio suo auctoritas *extra magistratum*, quibus serviunt, *territorium* protendi queat. l. 4. C. de numer. & Actuar. l. 2. C. de execut. & exactor. Peck. de jur. fist. c. 17. pr. adeoque vim a tali ministro absque *competenti* quodam jure illatam recte vi repelli constat, cum is tanquam *privatus* censeatur. arg. c. ult. de *constitut. in VI.* Chassanæ. in *Consuetud. Burgund. rubr. 1. §. 7. verb. de simple rescausse. n. 12.* Nuncios quoque iudicibus in executione processuum *ministrare*, superius diximus; (v. de nunciis *Camera juratis Ord. Cam. p. 1. t. 49. §. pan. & passim Camerales.*) deque iis sub nomine *Apparitorum* egisse suffecerit. Paucis nunc, occasione data, de cæteris *Nunciis juratis*, publica auctoritate *constitutis & amandatis*, observandum est, quod ipsos *violare*, lædere, aut *munere* suo fungentibus *obfistere* nefas sit: quodque *injuria* ipsis illata in mittentes *Principes* vel *Respubl.* redundet; gl. in c. *cum olim magist. 33. d. offic. deleg. modo qualitas eorum nota* sit; cui fini omnes fere publica auctoritate *concham* gestant *tabellariam*, aliudve *publici tabellariorum muneris signum* vel *documentum*. Debent autem *Nuncii*, si tali *sanctimonia* gaudere velint, absque aliorum *damno* iter per *viam rectam* dirigere, *Rul. p. 1. de Commissar. L. 8. c. 8. n. 24.* Secus, sibi habeant, si per

si per *privatorum* fundos v. c. vestis, ope *pignorationum* a possessoribus resistatur. Coler. *de Proc. Execut. c. 3. n. 67.* Köppen. *Dec. 4^a n. 7.* Debent etiam Nuncii candidi, probi, & *innocentii* in itinere suo erga quosvis inveniri. Alias enim, ubi per *sermones* incaute emissos, vel per *inconstantiam*, vel aliter, manifeste *suspectos* se reddiderint, quod instructio ipsorum, literarumve, quas perferunt, in fraudem ac *detrimentum* tendant eorum, quorum oras peragrunt: ad minimum *desinere* eos, percontari curiosius, literasque penes ipsos inventas, suspicioni obnoxias, *refigmare* licebit; citra *furti delictum*, l. 14. §. f. ff. d. *fari. vel falsi crimen*, arg. l. 1. §. 6. ff. ad L. *Corn. de fisco*. Faciunt huc quodammodo, quæ de scriba Ducis Brunsvicensis, ab Hassiæ Landgravio capto, exhibet Strauch. *in Exoter. 12. pr. ubi & sb. 6. ad c. 33. x. de offic. & pot. delegat.* respondetur. In *Criminalium* judiciorum executione magistratus *Lictorum & Carnificum ministerio* utitur. *Lictores* quidem *peculiari* tractatione persequendo, operam ut impendamus, vix videtur *necessarium*: cum pleraque, quæ in *Apparitorum* doctrina præmonuimus, illis *applicari* satis apte queant; neque ut ob solam *subjecti* diversitatem iterato ea proponantur, opus esse censemus. *Carnificis* sanctimoniam peculiari dispositione prospexit *Ord. Crim. art. 97.* qua iudex, reo ad supplicii locum pertracto, publice *prohibere* juberetur, ne quis justitiæ administrum sive executorem, dum *officium* suum peragit, *impedias*, neve vim, quantumvis casu aliquo minus feliciter defungatur, inferat, (esse enim eam passim vulgi temeritatem, prostat, ut *carnificem*, si is primo ictu a nece aberrer, saxi telisque soleat petere. Damhouder. *pr. Crim. c. 155. rubr. de carnif. Cler. q. 68. num. 11.*)

sub pœna *violata pacis publica*, quam ad *morsum* usque extendi posse dubium non est. Tholosan. *L. 31. c. 38. n. 7.* Neque tamen desunt casus, quibus tam *exequendus* ipse, quam *tertius* licite resistere queat carnifici, prout ex his quæ supra §. 21. monuimus, satis apparet, atque hic loci denuo ioculare supervacaneum videtur.

§. XXV.

Pergo ad eos, qui *Pecunia Publica* præsent. Nimirum, ad tranquillitatem *Reip.* & salutem quam maxime pertinere, imo nervos imperii esse *pecuniam*, res certa est, & a Prudentiæ Civilis Dd. dudum agitata Ulpian. in *l. 1. §. 20. ff. de quæst. Mæcen. ad August. ap. Dion. L. 52. Cic. pro L. Manil. Avarii* igitur perpetui *constituendi* variorum inite sunt rationes, quibus inter cæteras moderatam *Tributorum exactionem* merito annumeramus. De tributorum *necessitate* eleganter Tacit. *L. 4. hist. & L. 13. Annal.* Ipse Justinianus *Nov. 149.* impossibile esse, inquit, ut sacris tributis non illatis, alioqui resp. conservetur. Hinc Collectam, legitime *impositam & distributam, peratam* mereri executionem, communiter fere asserunt. Coler. *de Proc. Execut. p. 3. c. 2. n. 34.* & plures citans Kloß. *vol. 1. conf. 28. n. 28. & n. 450.* cui obistere nequaquam possint, non solum *magistratum* privilegia *l. 4. C. de annona & tributis.* Sed & nec ipsius *Principis* rescripta *l. 6. C. eod.* add. Peregrin. *de jur. fisc. l. 1. p. 83. num. 40. seqq.* quippe quod hæc in *præjudicium* *fisci*, atque ideo *Reip.* tendant, ac proin præsumantur laborare vicio *sub. & abreptionis*, ob *l. fin. si contr. jus vel util. publ.* nisi de certa voluntate Principis, concedentis aliqui immunitatem a tributis, constet. Perez. in *C. de Annon. & tributis. n. 32.* Multa minus autem *privato* potestas est, exactioni tributorum *resistendi; (aliterve faciendi, quo illa exitum habere*

berè nequeat. v. Burger. de pœna *ades* proprias eum in finem *incendentium*, ut ab oneribus & contributionibus *eximantur*. *cent. 4. O. 38.*) ceu nec iudicium de *justitie causa*, ad quam subsidia ejusmodi peruntur, ad subditos pertinet, sed mandatis principalibus *acquiescere* ac parere oportet: *l. 5. C. d. jur. ffc.* cum Princeps *injustum* quid & in oppressionem subditorum *pesere* non præsumatur. Secus, si debitores *contumaces* sint, seseque impudenter *opponant*, eos ad solutionem cogent provinciarum. Præfides, vimque suam & auctoritatem exercentes, decernent *missionem* in possessionem bonorum, fructuum *sequestrationem*, pignorum capturam. *l. 4. l. 7. C. de exact. tribus. l. 1. & l. 2. C. de cap. & distr. pign. trib. causa.* Militum quoque *custodia*, liberæ tamen & honestæ, tradentur contumaces, quousque obtemperent, & exactoribus satisfecerint. *l. 2. C. d. exact. tribus.* Peregrin. *d. jur. ffc. L. 6. 2. 7. n. 7.* Quod si isti ne hoc quidem modo *stetissent* queant, sed tam alieni sint ab humano sensu, ut in obdurata nequitia non solvendi perseverent, *bona occupentur*, & ad alium *transferantur*. *l. 2. C. d. t.* Hodie in plerisque locis per *milites tribulantes* exactionem fieri, nimis quam familiare est. Mosbach. *Caroll. 2. disp. Lips. ad l. 27. d. reb. cred.* Plane quosdam Principes interdum *hostes* in propria regione alere solitos fuisse, qui contributiones extorqueant a subditis, Historiæ notant: quam *periculosa* autem hæc sit exequendi ratio, & quam facile *turbis* occasionem det, experientia testatum ivit. De iis in specie, qui *directoribus* in exactione *oneris* circularis, ad *sustentandam* Cameram suscepta, resistunt, peculiariter disponitur §. 15. *R. J. d. A. 1654.* quod tales ipso facto in *bannum* incidant; ut tamen *sententia declaratoria*

opus sit, adeoque *citatio* & *summaria* exceptionum *cognitio* requiratur, quarum *irrelevantia* perspecta, executor, atque si is *solus* potis non esset, adhibitis uno vel pluribus *circulis vicinis*, ad executionem *realem* jussu judicis procedit. v. Blum. *Proceff. Camer. sit. de caus. fiscal. n. 29.* Cæterum, sicut *debitorum* sine *mora* & *oppositione* tributa, ad quæ obligantur, præstare tenentur: ita etiam illi, quibus incumbit *necessitas* exigendi, sine *violentia* & *injuria* munus suum implere debent: ñe ærarium fiat *cruentarum prædarum* receptaculum. Plin. *in Panegy.* populusque ad *seditiones* concitetur, quas sæpe graves exitisse, historici passim memorant. v. Meteran. *L. 4. Hist. Belg.* Thuan. *L. 4. bist.* Caveant igitur exactores ab omni *concussione*, l. 1. *C. de exact. tribus.* & præbeant sese non *acerbos* nec *contumeliosos*, sed *moderatos*, & cum *efficacia* benignos, & cum *instantia* humanos, uti de creditore loquitur Ulp. *in l. 33. ff. d. usur.* Caveant exactores, ne *plus* exigant, quam *indictum* præscriptumque sit in *formula* Tabulariorum: nam si *pignorando*, vel alia *injurioste* faciendo, tributorum *modum* excedant, præter *penas*, quibus implicari eos, refert Brunón. *ad l. un. C. de super. exact.* Leges provincialibus licentiam concedunt, ipsis *de facto* *resistendi*, & *veritam* sibi executionem vindicantium *remeritatem* repellere permittunt. l. 5. *C. d. execut. & exact. l. ult. C. d. discuss.* de *Gallia* vero v. Molinæ. *in Consuet. Paris. p. 1. §. 1. gl. 4. num. 35.* Optimo sane *consilio*, quod ad illas *artes* merito retuleris, quas *prudentiæ civilis gnarus* passim excogitasse constat, ut ad tributa, duram alias in auribus populi vocem *Lips. 2. Palis. c. 11. n. 50.* solvenda *lubentiores* redderentur subditorum animi. *Promittit enim omnino ad dandum mens est, ubi*
civis

civis curam sui a Potestate summa geri peculiariter, atque adversus ministrorum consuetam fere rapacitatem v. Cæf. 3. de bell. Civ. c. 32. l' Histoire de Henri le Grand. f. 60. tam promtis sibi remediis per hæcce jura succurri videt. Denique quod superius dictum, officialibus sine mandato judicis quid exequentibus, licite resisti, illud & hic locum habere videtur: ita quidem, ut tributorum exactores rejici posse dicamus, si aliquem ex debitoribus fiscalibus velint excusare, antequam a tabulariis civitatis nominatim acceperint breves debitorum. l. 1. C. de exactor. tribus.

§. XXVI.

Ad illos modos, qui pecuniæ publicæ conquirenda inserviunt, referenda quoque videtur vectigalium exactio. Hæc cum tributis conveniunt in eo, quod & ipsa non minus cedant in usum & commodum Resp. seu Principis summi. l. fu. C. de vectig. & commiss. ac proin contra vectigalium præstationem regulariter quicquam efficere non possit rescriptum Principis l. 6. l. 12. eod. ibique Brunnem. sed ad solutionem illorum quisquis teneatur, neque personis exactioni præpositis suoque munere fungentibus ullo modo resistere queat. Alias & in foro conscientia graviter peccabit, Perez. in C. d. public. & vectig. n. 9. (negante licet, ast perperam, Ang. in Summ. verb. pedagogium.) & dignas luet penas in foro exteriori; quod cum ob solam professionem non factam vel falso factam rerum dominium ipso jure auferat l. 11. §. 2. ff. de publ. & vectig. tanto magis resistens merces in commissum cadere jubet; adeo quidem, ut quamvis factum aliquod violentum ex parte victoris non intercesserit, nec dolus vel fraus directo probari queat, præsumtio tamen oriatur, forte quia

quia is socios armatos secum habet, quod *volueris* resistere exactioni a publicano faciendæ, locus nihilominus sit *pauæ commissi*. Personal. *de Gabell. num. 108.* Gutier. *pract. 99. L. 4. q. 37. num. 16. ubi in fin. dicit, in rusticis quibus arma deferre vetitum, hanc conjecturam quam maxime urgere.* Uterius quin præter *facturam rerum*, de quibus vestigal præstari non vult, *verie* quoque, pro *ratione circumstantiarum*, *coerceri* possit resistens, nullam est dubium. De cætero, quando dictum est superius, *merces*, quarum professio omissa fuit, *ipso jure* emitti; hinc quæritur, an publicano *propria auctoritate*, sine auctoritate judicis, rem *occupare* volenti, impune resistere liceat? Et jure quidem *Justinianeo* id videtur asserendum; quoniam ibi publicanum sine *prævia* judicis *sententia possessionem* auferre non posse, communis est Interpp. conclusio, v. Klock. *de jure vestigal. concl. 86.* ac proin contra offensionem illicitam defensio erit licita. *Moribus* autem Germanis cum a *Constitutione* ista recessum testetur *Id. l. c. & C. J. A. d. public. & vestig. §. 25. n. 3. ideo* per consequens *diversum* quoque *Jus* in hoc passu obtineat, necesse est; etque ita publicanum, *mercem*, quæ in commissum inciderat, *propria* auctoritate apprehendentem, aut etiam fraudatorem *detinere* volentem, *Berlich. l. concl. 73. num. 117.* rejiciendi potestas nequaquam concessa intelligitur: nisi de exactionis *justitia* adhuc sub *judice lit* sit, cujus *cursum suffraginari* nemini licet. *l. l. x. ut lit. pend.* *Plana* si *notorium* sit, contra *jus*, vestigalia posci, non *fraudari* solum exactorem, *Bart. in l. vestigalia. ff. d. publ. & vestig.* *Decian. L. 1. Crim. c. 5. n. 15. sed & vi* quid *extorquere* volenti resisti, *observato moderamine*, posse, *optimo maximo jure inniti* videtur.

§. XXVII.

§. XXVII.

Pecunia conquisita ut recte custodiat, & rite dispenferetur, fisco solet inferri. Fisci curam gerunt Præfeti Aerarii, de quibus tum ex jure veteri tum ex recentiori, summam Perez. C. d. jur. fsc. n. 6. 11. Ad hos pertinet, ut quicquid reip. commodum pecuniariam concernit, sedulo observetur. Ideo, quicquid ex indictionibus & vectigalibus susceptum est, ad fiscum sive ærarium, promiscue sumtis nominibus, Illustr. Dn. Strycki de success. ad ins. diff. 5. c. 1. n. 5. referant oportet: B. Struv. in Syntagm. de jur. fsc. n. 32. Ex præterea quoque si ex causis aliis, quas recenset C. J. A. d. jur. fsc. n. 8. singulariter fisco lucrum quoddam acquiri queat, persequendi illius necessitas incumbit præfectis. Hos vero, dum jura publica vindicant, publica etiam auctoritate frui convenit. Quare munere suo fungentibus existens, & penali judicio subiacet, ob violationem debitæ illis sanctimonie: & fisci interesse plene satisfacere debet. Guid. Pap. dec. 759. n. 1. Christina. v. 1. dec. 179. adeo, ut l. 3. C. de exactor. tributum qui debitorum fisci & privati e libera custodia, quæ detinebatur ab illo, l. 2. eod. exemerit, teneri non tantum fisco velit, sed & simul privato, ad utrumque debitum persolvendum; atque sic etiam ad id, pro quo captus non fuerat. Cæterum si Casarii, seu officiales fisci & executores, res fisco delatas occupare velint, necesse est, ut prius de commissione sua fidem fecerint illi, cuius interest. Antequam enim literæ Principis, quæ formam exhibet Brunnam. ad l. 5. C. d. jur. fsc. n. 1. fuerint obtentæ, & ei, cujus hæc fieri refert, ostensa; apprehendere quicquam non licet officiali; nec simpliciter credere aliquis tenetur, ubi speciali mandato Principis opus:

K

Scacc.

Scacc. *d. judic. L. 1. c. 46. n. 2.* ac militabit *contra* ipsum præsumtio, dum *contra formam* a LL. præscriptam versatur in negotio, quod sine *speciali jussu* superioris fieri non debet. v. *gl. ad d. l. 5. in fin. verb. rigorem.* Quare & sancitum est, ut liceat iis, quorum interest, objicere manus, & *resistere* isti ministro, qui absque mandato Principis bona occupat vel describit. *d. l. 5. C. de jur. fisc.* Idem juris est tunc, quando *ultra formam* sibi datam progreditur, & majus quidpiam, quam *suæ concessæ potestatis* patiuntur, suscipit. Perez. *C. d. jur. fisc. n. 35. fin.* Porro sciendum, in bonis fisco addicendis possessionem *vacuam propria* quidem auctoritate occupari posse; B. Strav. *in Synagm. d. jur. fisc. n. 34.* ast ubi *contradictor* sit in possessione; judiciali via opus Klock. *de arar. L. 2. c. 136. n. 39. seqq.* Nam si *inauditus, & sine causa cognitione, de facto,* inde ejici velit, de facto etiam improbis ejusmodi *aussè resistendi* erit licentia. Lucas de Penna *de jur. Can. c. negligentia. c. 2. q. 3.* Peregrin. *de jur. fisc. L. 6. c. 13. Nev. p. 3. dec. 102.* Quodsi *judicialiter* jus suum prosequatur fiscus, atque *lis pendeat,* tunc quam diu sese possessor defendit, omnes interim facultates apud ipsum quiete & in eodem statu remanere debent. Hinc nec possessio ab illo *describi;* *l. 7. C. de jur. fisc.* (intellige de *descriptione occupatoria,* non de *simplici,* de qua *l. fin. C. de bon. vac.* add. Peregrin. *d. jure fisc. L. 7. tit. 3. n. 10.*) aliud tamen in *Casarianis* receptum, ob rationem, quam exhibet *d. l. 7. in fin.* multominus *violenter invadi* ac *aufferri* potest: ergo nec *sequestrari,* nisi ex *justa causa.* Peregrin. *l. c.* Et si officiales non *attenta jussione l. c. C.* ante *controverliæ exitum* inquietudinem inferant, bonaque alicujus *vindicare* aut *violenter retinere* contendant, *permissum* est

est illis, quorum interest, bona non capi, resistere, & impune vim illatam propulsare. Jac. Gothofred. *ad l. 5. C. Theodos. de jur. fisci.*

§. XXIIIX.

Succedunt nunc, qui statui reip. *Segato* præsumt. Illum vero nunc quidem optime se habere, quando *disciplina militaris* bene sibi constat, ipsa docet quotidiana experientia. Exemplum est in populo Romano, de quo post Vegetium, Livium, & alios scriptores, pulchre in primis Quintilian. *in milite Marian*: Continetur autem res militaris præcipue *modestia* atque *obsequio* militum: quos meminisse oportet, *divisa* inter duces militesque mania, Tacit. *hister. 3. 20. 2.* ita ut illis *consilium* virtutisque suæ regimen relinquunt, ipsis autem *arma* sint & *animus*, Id. *hister. 1. 84. 3.* intentus ad Ducis non signum modo, sed etiam natum. Curt. *L. 3. c. 3. num. 27.* Hinc iussa Ducum *seisciscari* diu non decet militem, Joh. Sarisberiens. *in Policicras. L. 6. c. 12.* vid. tamen Burger. *cent. 1. obs. militar. obs. 17.* multo minus *despectare* operas militares; quamvis talis ipsi statio assignata fuerit, in qua *probabiliter* prævidet, vitam sibi esse *amittendam*. Puffend. *L. 8. J. N. & G. 1. 2. §. 4.* Felmann. *in 3. resp. jur. ad rem militar. n. 6. seqq.* Sicut nec prætextus aliquandiu non *soluti stipendii* ipsum inde excusare valet. *Zusätzliche Bestimmung d. A. 1570. art. 10.* Jung. Felmann. *resp. 4.* Joh. Voët. *de jure milit. c. 4. §. 54.* Olim qui ad Edictum non *respondebat*, ut proditor libertatis in *servitutem* redigebatur; *l. 4. §. 10. ff. de re milit.* patri quoque, filium *subtrahenti*, pro diversitate temporum, *belli vel pacis*, diverse infligebantur pœnæ. *d. l. 4. §. 11.* Post, *mutato* militiæ statu, a pœna quidem illa *recessum*, §. 10. *l. c.* miles tamen; qui mag-

datis Ducalibus non obtemperavit capite punitur. l. 3. §. 15.
 d. t. quo cum concordat *Holländisch Kriegsrecht*, art. 54.
 ibique Pappus. Hunnius in *Colleg. Crim. disp. 1. tb. 65.* alii-
 que quos citat Felmann. *resp. milit. 2. n. 37.* & Farinac.
1. conf. 4. n. 20. Capitaneum, qui signiferum, recusantem
 fumere signum, occiderat, a pœna homicidii exemptum
 refert. add Eogen. *conf. 22.* De milite, der seinem officirey
 Troß gebotten, vid. Schwarz. *dactyl. milit. verb. inju-
 rien n. 20.* Idem juris est, si rem a Duce prohibitam fece-
 rit miles: in tantum, ut nec excusetur, licet res bene
 gesserit: d. l. 3. §. 15. quia corrumpitur & dissolvitur omne
 Imperatoris officium, si miles non obsecundet mandatis,
 sed pro lubitu suo agat. *conf.* quos citat Schwarz. in
Annotat. ad §. 21. der Königl. Schwedisch. Artickels. Brieff.
 Celebris hac de re locus est apud Valer. Maxim. L. 2. c. 2.
 in Manlio Torquato, filium, quamvis victorem, occiden-
 te, quod non expectato Imperatoris jussu pugnasset; add.
 Tiraquell. *de pœn. temper. caus. 512.* Quando tamen pro
 re nata, & ex quam causa superveniente, negligere li-
 ceat mandata summi Ducis, v. in C. J. A. *de re milit. §. 15.*
n. 5. conf. Feltmann. 3. resp. milit. n. 43. seqq. Quod si quis
 directo dispositionibus Imperatoris resistat, veluti salvam
 guardiam, a Duce constitutam, sive viva ea sit, sive in
 scriptis solum, violenter infringat, is puniendus est ca-
 pitaliter, & ultimo supplicio subjiciendus Reuter. *Be-
 stellung d. A. 1770. §. 89. Fußnechts. Best. d. A. eod.*
§. 18. Burger. obs. milit. cent. 1. obs. 79. Sic & majestatis
 læsæ reus est, qui successorem non admittit, sed sibi locum
 retinere nititur. l. 2. ff. ad L. Jul. maj. Et miles qui ex car-
 cere, dato gladio, fugerit, pœna capitis puniri juberetur, l. 13.
 §. 5. ff. de re milit. l. 38. §. 1. ff. d. pœn. Videtur tamen mi-
 liti-

tribus, etiam gregariis, jus resistendi Praefecto suo concedi tunc, quando hic absque urgente necessitate hosti cedere, & castrum v. c. curae suae commissum tradere vult: quippe quod iuramentum reip. praestitum illos non minus obliget ad strenuam defensionem, v. Feltmann. *resp. milit. i. n. 66.* ita ut pena severa subiaceant, nisi facto officialis ignavo serio sese obstinisse probent. *Rötnigl. Schwed. Articul. d. B. r. art. 50. 55. 57.* Praeterea, ubi immediate Praefecto suo violentia quadam manuali sese opposuerit miles, gravi animadversione tanto magis dignum eum esse, nemo non videt: *l. d. §. 1. de re milit.* Hinc invenitur miles, qui centurioni, castigari suadenti, resistit, si quidem visum, i. e. bacillum vitium, v. Tiraquell. *in not. ad Alex. ab Alex. Dier. Gen. L. 6. c. 18. p. 941.* Sive, ut hodie moris est, ein Spanisch Rohr, quo centuriones ferire milites solent, tenueris tantum, militiam mutat: si ex industria illum fregeris, capite puniendus est. *l. 13. §. 4. ff. eod.* (cavendum autem tribuno, ne modum in castigando excedat, & militem aliter poniat, quam vite, fuste, aut gladio: *l. 3. §. 16. eod.* quia si fuste militem invadat, & non castigandi animo ob crimen severius cadat, militi defensionem largitur Perez. *C. de re milit. n. 36.*) Quod si manus impiis superiori suo inferre ausus sit miles, ultimo supplicio eum subijciendum vult *l. d. §. 4. d. 1. v. Ninter. Schwaburg d. A. 1570. §. 29. Fustnechts Best. d. A. eod. §. 13.* Sic militem peregregrum, & bellica scientia clarum, quod praeposito arcis vulnera, quamvis non levalia, infixerat, furcis suspensum refert Faber in *C. L. 9. r. n. d. 11.* Sic Locumtenentem, qui Centurionem suum ense stricto petierat, & contra mandatum Principis centuriae praesse vi minus est, capite plexum memorat Anton. van

Dalen in *Resolut. militar.* p. 279. De pœna illius, qui adstat, nec impedit verberantem, *Giurba conf. crim.* 12. & 59. n. 67. Jus militare *Suecicum*, distinctione facta inter præfectos superioris & inferioris ordinis (utique enim augeri crimen istud dignitate præfecti, verum est. l. 6. §. 7. d. re milit.) eum, qui illis armata manu resistere non est veritus, quanquam damnus nullum fecerit, capitali pœnæ subdit; *Rönigl. Schwedisch. Artickels. Brieff.* art. 23. si nudo saltem pugno percutere voluit, sive officialem attigerit, sive non, manus amputationem decernit art. 24. Contra eum autem, der sich eines Unter officiers commando entgegen setzet, und ihn mit der Faust zuschlagen dräuet, manus amputationem cum relegatione statuit; quin imo & capitis pœnam, ubi tale quid in ipso adversus hostem itinere, aut intra castra, aggeribus & custodiis cincta, perpetratum fuerit; art. 29. vel officiali vulnus inflictum, art. 30. ubi & de modo procedendi;

§. XXIX.

Ad inferiora militiae munera referre licebit *Metatorum* Officium, quod in *hospitiis* assignandis occupari parat: *Rolin. Antiquit. Rom.* L. 10. c. 9. adeoque cum milites æque ac cives tangat, perem ab utrisque reverentiam exigere videtur. Quare miles, *hospes activus*, contentus hospitio, & parte, sibi a metatore assignata, aliud neutiquam occupare debet, v. *Röhsf. Maximilian. Artickels. Brieff.* art. 52. aut dispositioni metatoris alio modo resistere. In articulis Regiæ Majestatis Danicæ §. 110. pœna est adjuncta: Da sich jemand wieder den Quartiermeister aufsetzet, oder einig Quartier, so ihm nicht angewiesen, einnimmt, soll er die ersten Tage zu Wasser und Brod, oder auch höher nach Belieben der Sachen, und des Kriegs-

Kriegsnechts Erkenntnis gestrafft werden. Plane in Schwedisch. Artickels Brief. tit. 16. art. 71. als ein Meutmacher puniri, & in jure militari Hollandico art. 57. capitali supplicio obnoxius esse jubetur. In specie ei, qui metatoris manum, ædibus inscriptam, delet, ut ipse potius illas occupet, pœnam *arbitrariam* imponunt Leges militares Danicæ. Hospites quoque, ut vocant, *passivi*, seu *possessores* ædium, mandatis metatoris non minus morem gerere coguntur: neque munus hoc, hospitii præstandi, utpote *reale* quoddam & patrimoniale, (vel *salum mixtum* cum onere personali,) *detrectare* (hanc civitatem, denegantem hospitari milites Cæsareæ Majestatis ad jussu Capitanei Generalis, *rebellam* dicit Burger. *cons. 4. obs. milit. obs. 56.*) ac destinationis metatoris *obviam* ire possunt; sub metu gravissimæ animadversionis, resistentibus insigendæ: adeo ut eum, qui *nomen* solum hospitari, ædibus suis a metatore *legitime* inscriptum, *dolo malo* delere non dubitaverit, ad instar *falsi* reum ex constituti *peculiaris* auctoritate teneri velit l. 1. C. de *metat.* pœna criminis, cum *varia* alias C. J. A. ad L. *Corn. de fals. 16. 14.* hic autem *specialiter* determinata non sit, *arbitrio* judicis relicta. Tabor de *Metat.* p. 2. c. 7. n. 2. Interim, sicut cavendum est civi, ne hospitii jus, sibi *injunctum*, præfracte *denegat*, neve jussa metatoris *contempsit* habeat, vel *morose tractet*; ita vicissim metator ab omni *concessione* genere abstinere debet, nec in *pervestigandis* ædium penetralibus *insolentius* se gerere, vel *ferum* quid ibidem *conrectare*: l. 9. C. de *metat.* nisi tam *publica*, v. Tabor. d. Tr. p. 2. c. 6. n. 3. quam *privata* inhabitatoris vindictæ velit esse *expositus*, per l. 1. C. *quand. lic. unic.* (quod & *adversus militem hospitarium*

rem juris esse censemus.) Caveat itidem metator, ne præter sit & æquum qua sese ingerat, ubi metata indiciendi potestas non est. Sic enim eum, qui privilegio immunitatis gaudet, manum metatorium impune delere posse, ait Limn. L. 9. c. 1. n. 78. Plane in favorem agriculturæ FinckelthauC. abf. 37. v. 48. a prædiis rusticorum metata & metatores in tantum arceat LL. (sola hospitasitate concessa, de qua Tab. d. Tr. part. 2. c. 3. art. 1. n. 5. seq.) ut etiam domino prædii, vel acteri, i. e. rei rusticæ & rationibus fundi præfecto, ipsique plebi, seu multitudi agriculturarum, licentiam concedant, eum que præparandi hospitii gratia ad possessionem sive prædium venerit, expellendi: l. 5. C. de metat. absque metu criminis violentia, in personam publicam exercite; cum arbitrium ultionis auctoritate & consensu principali ipsi permittitur sit. l. 4. C. ad L. Jul. de adul. Et hæc in salutem agriculturarum ab optimis Principibus prudentemque disposita atque provisã sunt; cum enim metationibus quædam fore iniquitas & injuria l. 2. C. de metat. ac maxima inquietudo sit adjuncta, l. 5. C. eod. & militum proprietas, sit non inferre sed auferre, Menoch. 7. conf. 649. num. 3. & 7. in agris vero cum primis occasio patens militarem lasciviam subinde moveat, & ad vexationes diversas rusticorum exciter, Perez. ad C. de metat. n. 4. quibus per viam juris obistere, ac post vulneratam causam demum ad restitutionem ablatorum & reparationem damnorum perpefforum agere, sæpe auctore, imo ut plurimum, intempestivum est: ideo contra injustos ejusmodi aggressores præsentaneo quodam remedio, privata nimirum defensionis, cavendum videbatur; v. l. 1. C. quond. lit. evic. quam alii consueverunt, ut subditus, a defensore

fore *desistatur*, contra oppressionem hospitalitatis *indebita* alios, etiam *hostes* domini sui, *protectores* invocare atque eligere possit, ceu videre est ap. Tabor. *de metar. part. 1. c. ult. n. 5.*

§. XXX.

Agendum nunc etiam foret de *Resistentia*, quæ fit *Magistratui Ecclesiastico*, qualem *Catholici Episcopi* suis tribuunt; quos tanta quidem *reverentia & submissione* colendos volunt, ut *Episcopo* non obediens (nisi forte is eorum quid præceperit, de quibus *caus. 11. q. 3. c. 101.*) rabido dæmonum ore *discerpi* dicatur: *caus. 11. q. 3. c. 14.* sicque multominus *facta* illorum *vi* quadam *privata impediendi* sit licentia. De *Abbatum* quoque, quam in *monachus* sibi *subjectos* habere vulgo, dicuntur *potestate*, (conf. *Tamburin. de Abbatum potest. imprimis tom. 2. disp. 21. nec non alibi passim*), differendum hic esset, *reli* nimirum, quæ his nec *velle* nec *nolle* relinquat *amplius c. 27. de elect. & ab. pos.* illis vero *monendi*, quia *Castigandi* concedat *facultatem*; *c. 6. §. abbas. vero. de pari. monach. patientia* duntaxat *gloria* *monachis* *relictæ*; nisi quod *Abbati* *sciendi* de *facto* *resisti* *posse*, *conferat*. *Decret. l. ut vim. ff. de J. & J. Zoanet. in cand. l. p. 1. n. 11.* Verum cum ex *doctrina* *saniori* *constet*, *Episcopis* *& Abbatibus*, quæ *salubus*, *magistratum* *nullum* *competere*; *et Ministerio* *magistratum* *minus* *recte* *tribui*, sed *auctoritatem*; ad *Consistoria* *vero* *Principum*, indeque ad *Superiorem* *referenda* esse, quæ *potestatis* *sacrorum* *sunt*; ut *alterum* *partem* *illius* *conferant*: *Hoftr. Dn. Præs. in An. ad Schwedet. p. 2. sect. 2. c. 12.* de cætero, quatenus *adversus* *Consistorium* *resistentia* *locum* *habeat* *vel* *secus*, ex *iis*, quæ *superius* *adduximus*, facile sit *colligere*: ideo

L

quis.

quisquiliis *Canonisarum* diutius hic immorari, operæ non videtur prætium. Missis igitur istis transimus ad *Magistratus*, qui per *conventionem*, & ob *patrimonii* causam tales sunt, ut est *Dominus feudi*: (*arbitros* enim ad *judices supra* expositos, censemus redigendos.) Hic vero cum *contractus feudalis* obliget *vasallum* ad *fidelitatem* præstandam, quæ *fidei* præstatio in exhibenda domino *reverentia* & promovenda ejus *incolumitate*, ac averrendo *damno* consistit; B. Struv. in *Syntagm. feud.* c. 11. §. 2 3. Inde haud difficulter concludi posse videtur, adversus dominum *regulariter* locum non esse *resistentiæ*, nisi *perjurii* peccato ejusque *pænæ* quis involvi velit. Carol. Molinæ. in *consuet. Paris.* §. 2. glossi. 4. n. 24. Quare *vasallus* feudo *indignus* censetur, si id quod dominus ei *præcepit*, per *contumaciam* non fecit, nec domino *obedivit*; Chassanæ. in *Consuet. Burg.* rubr. 3. §. 4. in verb. *apres le dit hommage.* n. 22. Peregrin. de *jur. fisc.* L. 5. 4. 1. vum. 32. (modo id fit de *pertinentibus* ad *feudum*, vel *feudi naturam*; Rosenthal. de *feud.* c. 10. *concl.* 15. num. 4. vel *vasallus* ad id *faciendum obstrictus*; sine *causæ cognitione*. arg. t. t. C. *comm. min. epist. programm.* & c. *aut. rei jud. non hab.* l. 9. C. de *jud.*) aut si, quod *gravius* omnino est, *feudum* domino *malitiose negavit*: sive *rem* feudalem, sive *se vasallum*; *patronumve dominum* inficietur. Rosenthal. c. 10. *concl.* 32. Multo magis autem beneficio *privari* merebitur, si *confilio* vel *facto* sit *contra dominum*, atque ex *sua persona* quicquam *admittat*, quod *pertineat* ad *domini* vel *suerum injuriam* aut *consumeliam*. 2. F. 7. Unde inferunt vulgo, *vasallum* feudo *multari*, quando domino *mortimonium* *honestum* & *utile*, dum forte *nobilem* aut *locupletem* ducere *facile ipsi* erat & *possibile*, *irritum reddidit*, *discordiarum*

cordiam seminando, vel domini fama aut existimationi detrabendo, aut simile impedimentum injiciendo. Schrader. de feud. p. 9. c. 6. n. 1. Afflict. dec. 265. n. 43. Idem tunc quoque juris esse statuunt, quando vasallus iudex domino justitiam non facit. Rosenthal. de feud. c. 10. concl. 24. Plane si ipso facto resistere audeat domino, rebellionis quodammodo crimen incurrit vasallus, eamque ob causam feudi sui jacturam facere, extra controversiam est. Resistere autem re ipsa non tunc solum censetur, quando aperto Marte dominum (vel patrem ejus, vel filium, vel uxorem; hisce enim personis quæ sit offensio, non potest non in ipsum dominum redundare, tum ob unitatis fictionem, tum ob effectus naturales. Rosenthal. c. 10. concl. 18. n. 14. seqq. add. concl. 9. c. cit.) oppugnat, ejusque vel Bona invadit, veluti sciens castrum domini aggreditur, Schrader. p. 9. c. 3. num. 2. aut dominum cum comite & exercitu suo a transitu innocuo arcet: Afflict. dec. 265. num. 107. seq. vel Persona illius vim infert, infidias vitæ struendo, Cravett. cons. 224. n. 7. vel insultum in dominum faciendo, quo aut corpus hujus laturum, aut vita proflus ipsi adimatur. Rosenthal. c. 10. concl. 20. n. 2. Verum & in eo casu vasallus re ipsa Seniori suo videtur resistere, ubi clam. aliud simulando, aliud agendo, hostibus domini auxilium præstat, 2. F. 6. 7. Wessemb. d. feud. c. 15. n. 5. Vultej. de feud. L. 1. c. n. num. 38. vel etiam, ubi amicitiam solum contrahit, aut fœdus facit cum inimicis domini, hunc deserendo, atque illorum castra sequendo. Schrader. d. p. 9. c. 5. n. 27. Hinc qui sese confert, & quidem absque causa probabili, ad cobabitandum cum hostibus domini, beneficium perdere dicitur. Rosenthal. c. 10. concl. 12. n. 21. Ex quo non minus elucet,

cescit, cur vassallus *requisitus*, filium aliumve domesticum offendentem *deducere*, vel a se separare (non *adibus* modo, sed & *conversazione* ac amicitia) *renuens* feudo privetur. 2. F. 55. §. 2. Rosenthal. l. c. *concl.* 2.

§. XXXI.

Cæterum, sicut vassallus juxta obligationem, quam iniit, ad fidelitatem, aliaque, quæ vel per *pactum* conveniunt sunt *definita*, vel alias secundum *naturam* feudorum præstanda veniunt, domino tenetur: ita vicissim hic per consequentiam quandam obstringitur, ut *paria* vassallo reddat, 2. F. 6. ipsum in *possessione domini*, quod habet, utilis, quiete manere sinat, nec vel in *bonis* vel in *persona* eum offendat. Hinc si clientem *vi armata*, aliave *via scelerata* aut impia, Molinæ. in *Consuet. Paris.* §. 11. n. 42. dominus *deicere* velit de possessione rei *feudalis* (pro *aliis* enim bonis adversus dominum defensionem permissam esse, minus dubii habet: cum potestas ipsius nonnisi in *causis* feudi, vel ad feudum *pertinentes* porrigatur. Rosenthal. *de feud.* c. 6. q. 85.) integrum erit illi injustam ejusmodi vim *vi repellere*, atque de facto procedenti de facto *resistere*; Harppr. cum alleg. *ad tb.* 11. D. 19. *Inst.* Berlich. p. 5. *concl.* 64. num. 19. convocatis *amicis* & familiaribus, vel etiam *milite* adversus Seniore[m] conducto. Fichard. *conf.* 18. n. 15. *segg.* *tom.* 1. Quin & vassallo, si *spoliatus* jam fuerit, in *continenti* dominum vicissim deprædandi jus largitur Schrader. *de feud.* p. 9. c. 4. n. 61. *segg.* Atque in hisce casibus non solum permissum censetur vassallo, ut *subsidiariis* domini resistat, aut etiam ipsi quidem pro defensione rerum opponatur, ejus tamen *persona* pareat: Schrader. l. c. n. 64. verum & in corpore dominium lædere, quin imo *interficere* concessum statuitur;

tur; Rosenthal. *c. 10. concl. 20. n. 24.* suppositis nimirum terminis *habilibus*, ac istis, quibus pro tuendis *rebus* suis alterum lædere vel interficere ex *legum dispositione* licet. Neque ab hac privata clientis vindicta tutus erit dominus, quando feudum, quod propter *delictum*, feloniam aut culpam commissum esse prætenditur, *malo ordine 2. F. 22. h. e.* ut explicant Alvarott. *num. 3.* Matth. de Afflict. *num. 18.* Schenck. *n. 7.* sine *cognitione culpa* & Parium *laudatione*, propria auctoritate, sibi vindicare nititur; Rosenthal. *d. c. 10. concl. 41. num. 149.* alique ab eo citati. Quippe quod sententia *declaratoria* præcise opus sit, (feloniam *notoriam* excipiunt quidam, vid. tamen Rosenthal. *l. c. num. 125. seqq.*) qua per iudicem competentem *decernatur*, vasallum talem *culpam*, delictum vel feloniam admisisse, ac propterea jure suo *privatum* esse. Zaf. *de feud. p. 10. n. 73.* Hartm. Pistor. *L. 1. q. 35. n. 6.* Roland. a Valle *L. 2. conf. 18. n. 11.* Et hoc tunc quoque obtinere volunt, ubi *ipso jure* feudum commissum dicitur: cum notum sit ex *regula*, in omnibus casibus, in quibus quid *ipso jure* commissum dicitur, sententiam nihilominus *declaratoriam*, ut commissum esse constet, pro avocanda *possessione*, jura nostra exigere. Borcholt. *de feud. c. 8. n. 125.* Cravett. *conf. 212. n. 2.* Idem præterea observandum esse, si *inhabilis* aut *imperfectus* in *possessione* sit, concludo ex Balthasar. *1. 12. resolut. 4. n. 8.* Et de facultate domini circa feudum, *tempore certo* vel *incerto* finitum, vid. Rosenthal. *c. 10. concl. 41. num. 88.* Quæ vero hætenus de *illicita occupatione* possessionis feudalis dicta sunt, ea *limitationem* patiuntur in illo casu, quo domino jus est, ex *metu* aliquo justo aut *periculo* imminente, *fortalitiu* in feudum concessum *ingrediendi*, idque

praesidio militari munitendi. Burger. *obs. milit. cent. 1. O. 100.* Brunnem. *1. consf. 202.* Et consequenter aduersus *licitam* hanc offensionem *tuendi* potestas non competit vasallo; adeo ut *retinentem*, intellige, *dolo*, vel sine causa *probabili*, copias domini recipere, feudo *privari* velint. Chasane. *in Consuet. Burgund. tit. des fiefs. §. 3. pr. num. 5.* Cæterum quando *Personam* vasalli offendere dominus, ejusque *bonorem convitiis* proscindere non veretur, permissum est illi; *retorsione* existimationem suam defendere. Schrader. *p. 9. c. 4. num. 14.* Cumque hoc modo *ex causa legitima* injuriæ in dominum sint effusæ, non metuenda erit privatio feudi. Schneidew. *p. 8. c. 1. num. 105.* quam ne tunc quidem locum habere censet Rosenthal. *ubi moderatam retorsionis excefferit vasallus. c. 10. concl. 21. n. 18. ex rationibus ibid. adductis.* Quodsi contra *jus & fas corpus* clientis lædere intentet dominus, multo magis defensionem illi competere, existimandum est. Sic ergo *injurias reales* vi repellere licet, adeo ut pro *tuenda pudicitia sua vel suorum eadem* domini, cæteris nempe *paribus*, conf. Tabor. *in Armament. de Admentar. c. 5. §. 18.* admittant. v. Schoner. *in Disp. feud. disp. 10. sb. 32.* quo pertinet etiam, quod vasallum a pœna *privationis* excusari censent, ubi is dominum, in *adulterio* eum sua uxore *deprehensum*, trucidaverit. Rosenthal. *c. cit. conclus. 20. n. 41.* Plane si *vitz* clientis periculum a Seniore immineat, tuitionem privatam LL. concedi, extra dubium est. Et tunc defensionem non solum *promptam & improvisam*, verum etiam *preparatam & cum insidiis* permittunt: Ant. Cypc. *in Invest. feud. d. feud. amitt. col. 14. casf. 14. limit. 2. p. 49.* quin nec teneri semper vasallum, docent, ut *expellet*, donec prior *invada-*

vadatur, sed excusari, quando dominum propter *minas*, imprimis actui *proximas* quasque is exequi *solitus* est, lædit. Afflict. in c. 1. §. porro. n. 8. quæ fuit. prim. caus. amitt. feud. Schrader. d. c. 4. num. 6. Necem quoque domini, pro conservanda *vita* juxta moderamen inculpatæ tutelæ factam, ab omni pœna immunem præstant *naturalia* defensionis jura. arg. l. 35. ff. d. 7. & 7. add. Rosenthal. c. 10. concl. 20. gloss. ff. quorum *fundamentum* alias etiam vasallo jus tribuere asserant, vitam suam incolumitati domini *preferendi*, quando *utraque* pariter conservari nequit. B. Struv. in Syntagm. jur. feud. c. 11. §. 8. num. 5. Denique sciendum adhuc est, præter casus hucusque recensitos dari quandoque vasallo potestatem resistendi, licet *ipse* quidem nullam a domino patiatur *injuriam*. Sic enim *domino patriæ* servitia præstare debet in bello, quod contra *dominum feudi* pro *communi utilitate* patriæ geritur. Rosenthal. c. 8. concl. 11. num. 3. Sic etiam, ubi inter *junioem* feudi dominum & *antiquiorem* Mars flagrat, huic adversus illum subsidio esse, obstringitur vasallus. 2. F. 28. 2. F. 55. §. 2. v. *illud quoque*. & ibi Alvarot. num. 7. & 2. Ifern. n. 61. Schenck. n. 3. aliique propter jus *potius*, quod antiquior ex obligatione *priori* tempore contracta habet. arg. l. 26. ff. locat. l. 11. ff. qui pos. in pign. Adeoque culpam *privacionis* non contrahet cliens, si in servitio *patriæ* vel domini *antiquioris* offendat Senio rem suam, cum *lege* permittente ac jubente id fiat. conf. Rosenthal. cap. 8. concl. 16. n. 2. & gloss. b.

§. XXXII.

Tandem & de Resistentiâ, quæ Potestati *Privata* sit, videamus. Hæc autem, quatenus in homines *alieni juris* est, imperium vel *Paternum* audia, vel *berile*.

Pote.

Potestas, quæ patri in familiam tribuitur, necessario in liberis infert obligationem, *submitlendi se paternæ directioni, & ad nutum ejus actiones suas componendi*. Illustr. Dn. Præf. in *Comment. de his, qui sui vel al. jur. §. 20. p. 128. fn.* Nexus enim *vinculi arctissimi, quod patrem cum filio conjungit, præcise videtur inducere, ut personarum, quas propter intimam societatem lex pro una ac eadem reputat l. fin. C. de Impub. & al. substit. unus quoque sit & idem animus. arg. §. 4. J. d. inutil. stipul. Regimen insimul domesticum illud, quod patri in liberos dederunt jura, quodque ob reverentiam ipsi debitam etiam Majestatis nomine insigniri solet, Quintil. declam. 376. 377. Plin. in Panegyrr. non potest non obstringere subiectos ad honorem superiori suo exhibendum, jussaque patrenis, licita nimirum ac honesta, v. A. Gell. N. A. L. 2. c. 7. ea, qua par est, observantia & obsequio excipienda: l. 1. §. 1. d. obs. par. & patr. præst. l. 9. l. 10. eod. nisi ipsius naturæ ordinis, omnisque salutaris disciplina evertores videri velint. Quid quod denique parentes Dei simulacra sint & imagines, Hierocli de offic. liber. quarum ministerio is usus est, ut nos in pulcherrimum templum suum introduceret. Deo autem cum nemo nisi uecor. & impius resistat; qui poterit quispiam parentibus salva pietate resistere? Anton. Matthæi de crim. ad Tit. de per. c. 2. n. 13. Hinc, quamvis liberi vivo quoque patre, domini rerum paternarum censeantur, §. 2. J. de her. qual. & diff. jus tamen hoc & arbitrium dominio patris penitus subjacet, ac non nisi quoad effectus quosdam succedendi penes liberos esse videtur. Quicquid ergo hic dixerit is, feceritve, id ratum erit, eique per consequens resisti nullo modo poterit. Unde filius, patrem testari probi-*

prohibens, non ab ipso solum exheredari potest, l. 23. C. d. inaffic. testam. verum & Fiscus eum successione privabit. l. 1. & 2. ff. si quis aliqu. test. prohib. Nov. 115. c. 3. n. 9. add. Illustr. Dn. Stryck. de Success. ab int. Diff. 12. c. 1. th. 9. Idem juris est, ubi patrem coegerit testari. l. 1. C. si quis aliqu. test. prohib. ita ut neque successioni ab intestato tunc locus sit. (cui quidem alias fieri solet, testamento invalido existente) ob rationes adductas ab Illustr. Dn. Stryck. l. c. th. 20. Imo ulterius, etiamsi injuste, & in illis rebus versetur pater, ubi nulla ipsi potestas competit, nihilominus violentiam ab eo illatam manuali resistentia propulsandi jus non facile esse, asserant Alberic. de Rosate ad l. 3. de just. & jur. Seyfel. ad eand. l. num. 24. An vero adversus patrem, liquido non corrigendi, sed diffamandi & injuriandi animo filium objurgantem, locum habeat resorsio, qu? Harppr. quidem §. 12. §. de injur. num. 157. affirmantium partes sequitur; sed tutior videtur sententia negativa, ideo quod l. 7. §. 3. ff. de injur. liberis in potestate positus ne quidem pro atroci injuria adversus parentem injuriarum actionem concedat; cui retorsionem aequiparari norum est: v. supra §. 11. Porro, cum in corpus quoque filii potestatem quandam patri concesserint Leges, ita quidem, ut privata animadversioe, pœnisque domesticis, coercere queat immorigerum; l. 3. C. d. patr. pot. idcirco, si verberet eum, Alciat. d. prasumpt. regal. 1. prasumpt. 3. vel in vincula ponat, arg. l. 3. §. 1. & 2. ff. de lib. bom. exhib. filius nequaquam resistere potest: cum in hisce casibus ubi & injuriam non inferat pater, sed jure suo utatur, ex paterno affectu summaque charitate liberorum suorum misus probatam vitam emendare, & ad virtutum studia incitare volens. Imo filium, si patri

M

cum

eum verberanti *resistat*, ipsumque *repercutiat*, impune occidi posse, refert Hippol. in *pract. crim. §. aggrediar. n. 79. seq.* cum per grave filii crimen pater ad *severiores* castigationem merito *permotus* censeatur. Obrecht. de *nec. def. c. 6. num. 20.* Atque in *facti contingentia* narrat Jul. Clar. *q. 56. n. 1.* etiam absolutum fuisse per illum Senatum quendam, qui filium *castigando* occiderat. Et quamvis potestas paternæ coercionis non immensa, sed *moderata*, ac certis quasi *cancellis* sit inclusa: *l. 5. ff. ad L. Pompej. de parric.* nihilominus tamen, ubi limites sibi *præscriptos egrediat*ur pater, adhuc resistendi jus non est; sed *cedendum* ei potius, & *precibus*, culpæ deprecatione, *pollicitatione vitæ melioris*, laborandum est, quo *ira ejus mitigetur*: vel si ne hæc quidem ratione *flexi* queat, *fuga* sibi consulere licet. Seyfel *ad l. 3. de J. & J. n. 99.*

§. XXXIII.

Quodsi vero contra jus & fas *damnum irreparabile* corpori subjecto intentet pater, non iniquum videtur; si contra illicitam *offensionem* defensionem locum tribuamus, ubi *aliter evaderi* spes non est. Sic ergo patri, *Christiano*, qui *circumcidere* filium vel *castrare* conatur, licite resisti posse, tuto fati, ut puto, offeruerim. *arg. l. 4. §. 2. l. 11. pr. ad L. Corn. de ficar.* Idem tunc quoque admittere ausim, quando pater peccandi necessitatem *invitæ filiæ* vult imponere, ejus *pudore prostituto* quæstum capturus; *arg. l. 6. C. de spectac. & scen.* etiam si *extremæ famis necessitate* eo *adactus* credi posset. *l. 45. §. 5. ff. d. R. N. Brunnem. ad l. 6. C. de spectac.* Plante si *humanitatem omnem* adeo exuerit parens, inque propria viscera tam *truculenter sævire* incipiat, ut filio vel *misere pereundum*, vel *ex patris cade vitæ redimenda* sit, tunc si ne-

Si neque fuga, neque precibus, neque luctatione paternos ini-
 tus avertere queat, permittunt Leges etiam antiqua, per
 quas jus vita & necis permittum erat patri, l. ult. C. d. patr.
 pos. facultatem, interfecto patre salutem propriam conser-
 vandi. l. 35. de relig. & sumt. fun. Ant. Mathæi de crimin. ad
 Tit. de parricid. c. 2. n. 12. (non obstante Nov. 12. c. 2. in
 fin. quam Mæstert. cum Gothofred. in nos. ad d. l. recte
 dicit, de alienis parenti præstandis loqui, cui lex vitam
 reliquit: adeoque supponere disparem a nostro casum)
 Ut tamen ex mente Obrechtii c. 6. de nec. defens. num. 19.
 & Volzii in Comment. ad Tit. ad L. Corn. de sicar. c. 7.
 n. 34. seqq. iustius, magisque juxta religionem, pietatem
 & rationem naturalem, facturus sit filius, quando ipse
 potius mortem patienter sulerit, quam patri vitam ade-
 merit. Cæterum quod superius de vasallo dictum est,
 huic quandoque potestatem resistendi concedi, quam-
 vis ipse quidem non lædatur a superiore: illud & hic ad-
 versus parentes locum quodammodo habere videtur. Ita
 enim a filio detineri posse patrem militiam desertorem, at-
 que judici offerri, colligo ex iis, quæ habet Brunnem.
 ad l. 13. ff. de re milit. n. 3. Sic quoque verum est, quod
 machinationes & molimina patris, qui nefando impetu
 ad opprimendam patriam fertur, impedire quovis modo ac
 destruerè teneatur filius, ex lege caritatis, qua salutem
 patria omni cognationi præferre quivis bonus debet. Cic.
 L. 1. de offic. Val. Max. L. 5. c. 16. Menoch. v. 2. conf. 175.
 n. 22. Quin & ejusmodi patrem non impune tantum, ve-
 rum etiam cum præmio, occidere concedit l. 35. ff. de re-
 lig. & sumt. fun. vid. Carl. Tusch. lit. B. concl. præf. 139.
 idque olim duos nobites de Falkenstein facisse, ait Zif.
 ad d. l. 35. n. 12. B. D. Prasch. tamen d. l. dispositionem

ad sanum modum *restringit*, atque tunc solum admittit, si *alia* ratione & per *alias* occurri certo excidio Principis aut Reip. non possit. *de Caritat. patr. p. 80.* Facit eo quoque locus elegans apud Cic. *in offic. L. 3.* Quæ sententia cum & *justitia* & *pietati* optime congruat, quanto minus, quæso, a *parricidii* reatu immunis erit is, qui patrem *proscriptum* quidem, est cui nulla militum manus, nullæ *vires*, ac forte nec *animus* dolendi patriam, *audacter neci dare* non veretur? Utique sano satis principio innoti videtur placitum plerorumque Interpretum, quos Ant. Matthæi sequitur, ejusmodi filiam *capite plebendum* esse censens. *de Crim. ad tit. de parricid. c. 2. n. 13. fin.* Deinde notandum est, quod sicut *amor* & *reverentia*, ipso jure naturæ patri debita, non *obstat*, quo minus *patriam* tueatur filius contra aggressorem patrem: ita nec eandem *obesse*, quo minus *fidem*, de *vindicando* seniore sua a quorumlibet injuriis religiose datam, servet filius *vasallus*, ac dominum in *justa* causa *defendat* contra patrem, *injuste* (alias enim adversus eum auxilium præstare, neutiquam concessum. v. Rosenthal. *de feud. c. 8.* vel adhuc saltem *insidias* struentem: Rosenthal. *c. 10. concl. 14. n. 4.*) dominum lædentem; 2. *F. 28. Valtěj. de feud. L. 1. c. 10. n. 27.* Quirin. Kubach. *cent. 1. dec. 1. q. 8. concl. 17. n. 48.* ut tamen & in hac ipsa defensione *quantum* fieri potest, *amorem* & *pietatem*, paterno nomini dicatam, *observe* vasallus; ceu bene monet B. Struv. atque ideo, nec teneri filium, ut auxilium hoc in *propria* persona suscipiant, asserit, *in Synagm. jur. Feud. c. 11. §. 8. num. 1.* Vicissim autem dominus quoque *vasallo* contra patrem suam (ipsius domini sc.) opem ferre obstringitur: cum *communis* fere opinio dominum, licet non ju-

rave.

raueris, ad vasallum suum tempore *necessitatis* & periculi iuvandum ac *defendendum* pari ratione teneri velit, ac vasallus domino obligatus est. Rosenthal. c. 8. concl. 14. n. 6. Illud denique dubio caret, filium ratione officii, quod gerit, *publici*, paterno imperio non *subjacere*; ideoque si muneris ratio ita *exigat*, vi *auctoritatis publicæ* patri licite *opponi*. l. 13. §. 5. ff. ad SC. Trebell. T. 14. pr. eod. Exemplum est apud Plutarch. in *Fab. Max.* add. A. Gell. *Noct. Attic. L. 2 c. 2.*

§. XXXIV.

Rigidiorem Regiminis *Domestici* speciem exprimit imperium *Herile*. Subjacet nimirum servus manui dominicæ adeo, ut ipse quidem in se pro nullo habeatur, l. 32. d. R. F. & mortuo, l. 59. in fin. ff. de condit. Et demonstr. atque *pecudum* potius quam hominum numero accenseatur. l. 2. §. 1. ad L. Aquil. Seneca ep. 47. Hinc jure *comprimis veteri*, quo *absolutam* potestatem *vita ac necis* (ex jure *permissivo*, attamen *minus pleno*, Illustr. Da. Præf. in *Comment. de his qui sui vel al. jur.* §. 3.) habebat dominus, quicquid is *indebite*, *iracunde*, *libens*, *noles*, *oblitus*, *cogitans*, circa servum fecisset, *judicium justitia*, lex erat: cui proin *obstare* summum nefas; ita ut ad *libitum* nec *vocem* haberet *conditio* *servitutis*. Petr. Chrysolog. *serm. 141.* Et quamvis *Leges recentiores* ejusmodi *servitiam* *averterent*, ac *limites* certos Imperio *dominico* *posuerint*: mansit tamen adhuc *jugum* illud, quod domino *jus servum* *moderate castigandi*, s. l. C. de *emend. servor.* in *vincula conjiciendi*, *relegandi*, l. 35. §. 3. de *her. instit.* *concedit*; huic autem *patientia* *solum* *legem* *injungit*, etiamsi *aliquantum duriuscule* ab hero tractetur. 1. Petr. 2. v. 18. Huber. de *jure Civis. L. 3. c. 16. num. 34.*

Contra intolerabilem vero dominorum crudelitatem & injuriam (veluti, si quis ancillam suam prostituere velit, l. 6. l. 7. C. de spectat. Aut servum suum castrare, l. 3. §. 4. l. 4. §. ult. ad l. Corn. de Sicar. aut in corpus ejus crudelibus cruciatibus sciat, aut plane necem ei intenter) licite consulunt servi salutis suae, confugienda ad statuas Principum, l. 1. C. de his, qui ad stat. confug. vel ecclesias, l. 2. l. 6. C. de his, qui ad eccl. confug. & implorando pratoris auxilium, quo æquis conditionibus venditi a truculentia herili in posteram immunes sint. §. f. f. de his qui sui vel al. jur. Quin imo ubi fuge locus non amplius superest, resistentiæ jus servis permissum videtur, illo præsertim moderamine adhibito, ut sedulo caveatur, ne persona domini ex ista defensione quicquam detrimenti capiat. An autem a servo juxta moderamen inculpatæ tutelæ etiam occidi quest dominus? qu. ad Negativam movere posset l. 1. §. 28. ad Sc. Silan. quo servus salutem domini salutis propria præponere juberetur: & tamen pro Affirmativa facere videtur l. un. C. de emend. serv. quæ dominum homicidii ream judicat, si servum ictu fustis aut lapidis cæciderit. Eodem & l. 1. §. 2. ff. ad L. Corn. de Sicar. redire crederem. Videlicet ad Dominum e manibus alterius eripiendum vitæ suam exponere debet servus cum periculo eam amittendi; sed a Domino ipse ad mortem petitus, quam certo sibi imminere videt, nisi se tueatur: utique moderamine inculpatæ tutelæ etiam cum interfectione Domini uti potest. Sed hæc quidem de conditione servorum ex jure antiquo dicta sunt. Nostri enim servi & famuli pro certa mercede dominis ministrant; ac sui juris sunt, & ingenui, nec aliter domino, quam ratione contractus locationis conductio-

ductionis, subjecti: Volzium in *Comment. ad L. Corn. de Sicar. c. 7. §. 43.* quare & ingenuorum jure gaudent, atque severas castigationes nequaquam ferre tenentur. v. Mev. ad *J. L. L. 3. t. 8. art. 10. num. 16.* Moderatam solum licentiam, famulum coercendi, mores domino largiuntur: Alex. v. 3. *conf. 73.* Bonacossa *Tr. de serv. & fam. q. 94. & 117.* cui si ille per vim resistit, hic vero resistentem defensionis necessitate vel vulneraverit vel occiderit, nec de vulnere nec de caede eum teneri, vult Obrechtus: quia dominus in executione juris sui versatus est; servus autem vi injuste illata effecit, ut is vim vi repellere, seque quovis modo defendere coactus fuerit *c. 6. de necess. defens. num. 30.* Quodsi vero limites concessae correctionis excedat dominus, non tantum impune ante finitum tempus aufugere famulus, & nihilominus mercedem integram exigere potest: Bald. ad *l. si. C. locat. cond.* Bonacoss. *l. c. q. 79. n. 5.* sed etiam illicitae offensioe recte resistere dicitur Volzio in *Commend. ad L. Corn. de Sicar. c. 7. n. 47. seqq.* ut adeo dominus servum sibi juste repugnantem interficiens, omnino poena *L. Corn. de Sicariis* teneatur. Huc non minus pertinere videtur, quod Perez. subditos eximere se posse, ait, a potestate domini, qui insolitas operas exigere, eosque ultra consuetum modum indictionibus & censibus onerare conatur, neque desistit a violenta ista exactione, semel quamvis iterumque monitus. *C. de emend. serv. n. 3.*

§. XXXV.

Imperium privatum, quod in sui juris homines datur, quodque potestatem administrationis non inepte vocaveris, comprehendit sub se Potestatem Marisalem. Transit nimirum legitimas nuptias per mulier in manus & au-

& auctoritatem mariti sui; Illustr. Dn. Præf. in *Comment. de adopt. & emancip. §. 26.* cujus imperium cum per *submissionem* spontaneam censetur *agnovisse*, ideo consequenter *superioritatem* viri ea quoque reverentia & obsequio excipere jubetur, tum *divino* tum *humano* jure, qualem & hujus *nobilitas* & excellentia, atque *conditio* fœminæ exigit. *Gen. 3. v. 16. 1. Petr. 3. v. 1. l. 14. fin. ff. sol. matrim. c. 33. q. 5. c. 17.* Hinc *ordo naturalis* in hominibus esse dicitur, ut *serviant* fœminæ viris. *c. 33. q. 5. c. 12.* Atque uxorem, quæ *marito*, capiti suo, *non subicitur*, blasphemari verbum Domini, & ejusdem *crimini* ream fieri, cujus & vir, si non subiciatur *Christo*, capiti suo, asserit *can. 15. cit. q. 5. c. 33.* In specie, cum conjuges, quando primum & præcipuum *finem* matrimonii intrantur, facile advertant, se non ad fovendam perpetuam *virginitatem*, sed ad *procreandam sobolem* convenisse; inde patet, uxorem viro, *debitum conjugale* exigenti, resistere nequaquam posse: *1. Cor. 7. v. 4.* adeo, ut si contumax ac *constans* sine *justa causa* fuerit denegatio, quæ nec *ministerii* severis admonitionibus, nec *magistratus* minis coerceri queat; *divortio* locum fieri asserant: *Bidenbach. de caus. matrim. fol. 99.* Ita enim denegans discedit, animumque *deserendi* eo ipso detegit, *Hunniius in Comment. ad Matth. c. 19.* atque in causa est, quod *verum conjugium*, ad *declinandam* fornicationem & *procreandam sobolem* institutum, desinat. *v. Argentorat. vol. 1. conf. 47.* Neque a præstatione *debiti* immunis est mulier, quamvis vel maxime continentiam *voverit*; *c. 33. q. 5. c. 16.* quippe quod votum illud non obliget, in *alterius præjudicium*. Illustr. Dn. Præf. in *An. ad Dessel. qui cler. vel vov. matr. contr. q. 2. Horn. in Pol. Archie. l. 1. c. 1.*

c. 1. §. 5. n. 4. *ibique* Nos. Annon autem in diebus illis, queis abstinere a propriis uxoribus Canones jubent, *subducere* se simplexibus maritalibus licite queat femina, haud immerito dubitaveris. v. c. 33. q. 4. t. 2. *seqq.* Illud utique certius videtur, excusari mulierem, si *ferocientem* mariti *libidinem*, qui hippomanico furore in uxorem, nullius cum temporis, loci, modi, *respectu* præbit, non admittet; Dannhauer. *tom. 1. Theol. Conscient. p. 831.* amoris *bruto* illud Thaletis opponens: nondum *sempestivum* est! Laert. *in Theol.* Multo magis vero *prohibere* maritum potest uxor, quin & tenetur, ubi ille, *præpostera* *venere* eam cognoscere, & in *vase prohibito* *ardore* libidineri latentæ. Dannhauer. *l. c. Sodomia* enim crimen alias hoc pacto committeretur, capite puniendum. Carpz. *Pr. Crim. p. 2. q. 76. n. 24. seqq.* Plane, si *fœderis* conjugalis adeo *impetor* fuerit maritus, ut vim *inferre pudicitia* uxoris non vereatur, eamque *alterius libidini* cogatur *subjiceri*: haud gravate *resistentiæ* jus concesserim *feminae*, per ea que superius §. 33. de *filia* dicta sunt. Sed hæc nobis sunt *inspicienda* *his oculis*, quibus Livia *contemplabatur* *nudos juvenes*: ideoque non *immoramur*, nec *disputamus* cum Sanchezio, *curiosa* *matrimonialium secretorum*, Dannhauer. *l. c. de tactu* inter conjuges *licito* vel non, & consequenter *resistibili* aut *secus*, *deve* aliis *Aprorodisiorum arcanis*; sed *pergimus* ad alios *potestatis maritalis effectus*, ubi quia nullum *impertium* est *sine potestate cogendi*, consequitur, *viris quoque* *concedendam esse facultatem*, *vel invidis* *in ordinem redigendi* *feminas*. *Arnau. de jure acrom. s. 7. Sed. p. num. 8.* *Inde* *leves* *retrocessionem* atque *castigationem* *illis interdictam* non esse, statuit Hipp. *in Br. Crim. §. aggressor. n. 81.*

N

Menoch.

Menoch. *d. A. F. Q. L. 2. c. 364. num. 8.* Granian. *discepr. for. rom. 4. c. 738. n. 70.* (*de incarceratione uxoris licita v. C. F. A. d. cust. & exhib. reor. §. 7. n. 2.*) Sic ut maritus mulierem ex *justa causa* (*proximus enim ad plagas & verbera provolare, mariti non est. Arnise. l. c. §. 3. 4.*) *modici* castigans, & non verberans, sed *pulsans* tantum (*differre enim hæc duo verba, innuit l. 5. §. 1. d. injur.*) vim & injuriam non inferat, sed suo *jure* utatur: *l. 7. §. 2. d. injur.* cui proin sine reatu ab altera parte resisti nequeat. Quare, ubi uxor *moderate* castiganti marito manus intulit, & eo ipso maritum ad *atrociorē* castigationem permovit, adeo ut is ira accensus ita eam verberibus tractarit, ut vel *statim* vel paulo post ex *atroc omnia* discesserit; non quidem maritus ab *pœna* excusatur, quia non debuit uxorem *inseficere* cujus violentas manus sine *caede* injicere poterat: at non *pœna homicidii ordinaria*, sed aliqua *mitiore* arbitrio judicis *placiti* debet: quoniam initio non *occidenda*, sed tantum *leviter* castiganda uxoris animum habuit, & sic ab uxore *provocatus* & commotus *occidium* commisit. Volz. *ad L. Corn. de Sicar. c. 7. §. 70.* Menoch. *de A. F. Q. cas. 364. n. 13. 14.* Uxor autem, si viro modice verberanti resistens *insefecerit* eum, omnino *pœnæ L. Cornelia* subjacet; quoniam adversus *licitam* offensionem defensio *erat illicita*. Obrecht. *de nec. def. c. 6. §. 55.* De cætero nonnumquam est, illam ipsam *potestatem cogendi*, quam marito in uxorem competere diximus, certis *limitibus* esse circumscriptam: *Arist. 8. Ethic. c. 10. & 11.* ne imperium, quod in *pietate* consistere debet, degeneret in *atrocitatem*. *l. 11. C. de repud.* Non enim ex *pede* extracta est mulier, ut ad *pedes* projici debeat; sed ex *latere*, ut *collateralis* censetur

seatur. Chrysoftom. *bom. 20. in Epist. ad Eptes. & socia. l. 4. C. de crim. expil. her.* Atque hinc si *verberibus*, quæ *ingenuis aliena sunt*, affici velit, non absurde videtur locus *privatae ruitioni* contra ejusmodi injurias tribui: *arg. l. 8. §. 2. C. de repud.* (quæ *Lex etfi quoad repudium* per subsequentem *Aurb.* immutata sit, quoad *sanctionem* tamen ipsam, qua maritus uxorem suam *durius tractare prohibetur, permansit.*) Idem juris esse dixerim, quando maritus *inbonefte* se gerit in castigando, velut si in partibus *verecundis*, publice & *palam*, aut *secrete* fœminam percutere cœnetur. Prato in *Annos. ad Paschal. de vir. patr. pot. p. 3. c. 4. num. 20.* Tanto facilius autem resistendi facultas uxori dabitur, ubi tyrannica viri *sævitia* per immodicam coërcitionem *mortis periculum* infert. *l. 25. §. 4. ad L. Aquil.* Adeo ut si casus contingat, quo vita illius *nonnisi* perniciæ mariti *perari possit*, imponit mulier & *juste dicitur fecisse*, ubi per illius *eadem salutem* sua consuluerit. *l. 2. §. 3.*

C. ad L. Corn. de Sicar.

F I N I S.

NICOL. CHRISTOPH. LYNCKER, JC.

Nobili & Clarissimo Juveni,

JOHANNI CHRISTOPHORO WILD,

Auditori suo & Auctori Dissertationis

Solerissimo.

S. P. D.



*TU a turba eorum longe recendis,
Eximie WILDI, quorum pars una
pingui altoque otio frangunt citius
ætatem, quam protendant; altera mentem
vana diligentiae specie fallunt potius, quam
erudiunt. Ipsi quidem immemores æternita-
tis: hî prodigi nimis vitæ brevis, quam ne-
mo laboribus caducis fatigare debet. Sicut
vero utrumque Genus hominum, ut misera
ingrataque sui imagine ad vilitatem sui tan-
dem perveniant, necesse est. Ita TU quidem
exacta Vitæ tuæ ratione gaudere, nec quic-
quam*

quam temporis Tibi concrediti TE prodegit-
 se gloriari poteris; mortalitatis & immorta-
 litatis, cum probissimis mortalium, ex æquo
 memor. Testem exceptione jurepiorem sta-
 tuis nunc quidam hujus industriae Tuae ocu-
 lis omnium; ut Tuis statuit præmium RES-
 PVBLICA; nec æquius alia statuere pote-
 rit, quam quæ auspiciis Tibi vitæ dedit
 carissimum PATRIA. Statuit autem ex
 merito; quod addictissimus TIBI
 auguror. Vale.

Hic

Hic est noster amor: niueæ vir-
tutis amator:

Quem chorus Aonidum, quem
Themis ipsa colit.

Hic amat, ac spernit, certamine le-
ge probato:

Iniustos odit: sed amat ille bo-
nos.

Prouocat inde bonos, ut prauis in-
de resistat:

Nec male sic certat: spernit, &
odit, amat.

NOBILISSIMO WILDIO

pignus hoc amoris

p.

G. SCHVBARTVS. D.

OH